DEO DUCE ET AUSPICE EX DECRETO MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS IN FLORENTISSIMA...

Augustin Strauch, Georg Heinrich Köppel

VIRIS

Reverendiſſimo, Generoſis, Magnificis, Fortiſſimo, Eminentiſſimis, ac Pe quam ſtrenuis,

Dn. HENRICO à Frieſen/ Sen.

Hæreditario in Röthau/ ꝛc. Sereniſs. Elect. Sax. Cancellario, Conſiliario Intimo, Collegij Cathedralis Martispurg. Præpoſito, & ſummi Judicij Appellationum Præſidi graviſsimo.

Dn. FRIDERICO â Metzſch/

Toparchæ in Reichenbach & Frieſen/ ꝛc. Sac. Cæſ. Majeſt. Conſiliario, Ejusdemq; Imperij Rom. Archithesaurario, nec non Potentiſs. Elect. Saxon. Conſiliario Intimo, atq; Supremi Conſiſtorij Præſidi meritiſsimo.

Dn. CHRISTOPHORO Vitzthumb

ab Eckſtädt/ ꝛc. Militum Duci, & Domino in Warpurg.

Dominis, Mæcenatibus & Patronis meis magnis, ſummè atq; devotè venerandis

POSSESSOREM HUNC

D. D. C.

Georgius Henricus Cöppelius,

Leonhardi JCti F.

A. & R.

44

MOris eſt, DOMINI, ſcriptoribus dedicationum ſuarum allegare cauſas, dum ingenij ſui monumenta aliis offerunt. Quas ego habeo, non unæ ſunt, nec unius generis tantùm. Ac publicas quidem, cum abs ſe incurrant oculos, ac quaſi adeant manum, ſciens prætervehor. Quis enim quæſo eſt, qui ignorat, VOS iſtos eſſe, in quorum ſinu repoſita Reſpublica eſt; quam tantâ cum laude rexiſtis hactenùs, quanta eſſe, cum ſumma eſt, ſolet? Hac itaq; ſervatâ feliciter, in eâ ſe quilibet ſervatum meritò agnoſcit: indeq; usque adeò obſtrictum VOBIS, ac obligatum, ut vitam ipſam ac ſpiritum debere haud fruſtrà arbitretur. Igitur quantum indè VOBIS, VIRI INCOMPARABILES ac SUMMI, à me debeatur, nuſpiam aliàs, ſicut nec hîc, expungere valeo. Neq; verò unus tantummodò illis dignam gratiam referre poteſt, qui pleroſque omnes infi-

infinito meritorum ambitu complectuntur. Singulis itaq; ac univerſis hoc relinquens, ad privatas flecto: quarum cogitatio dum ſubit animum, pudor ſimul vultum pervadit. Ut qui me indignum puto omnibus iſtis beneficiis, quibus me cumulaſtis. Non ideò quidem, quaſi nolim illa quavis ratione mereri; ſed quod ſentiam me non poſſe adeò, cum meritum meum planè tranſcendant. Quis enim quæſo par eſſe poteſt amori, quo me complexi eſtis, incomparabili, dum me partim deſtinaſtis contubernio Filij, ante hos ipſos undecim annos in Academiâ hac atq; ſinu Celeberrimi Buchneri degentis; partim verò voluiſtis cum propriis liberis ſub iisdem penetralibus ac Præceptore educari; partim deniq; Academica ſtudia annuo quodam ſtipendio, eoq; lauto, allevaſtis? Cæterùm quemad modum Divinum illud, quod omnia moderatur, Numen ſingulo quovis munere ac dono, quod in humanum genus quotidiè

ſpargit, usq; adeò illud obligat, ut ingratum penitùs efficiat: ita magnæ ac DEO cognatæ animæ(cui ſanè in tantùm ſimiles eſtis, in quantùm natura humana patitur) haud vulgarem in modum ſibi mancipant bonos, atq; ita obſtringunt, ut planè vectigales reddant. Porrò (inſiſtam enim imagini) ſicut idem Numen pro talibus conciliari non meliùs, quam religione poteſt, ac cultu; ita & hæ devotione cumprimis delectantur. Tribuentes moribus ſuis benè mereri de erectis, (quia publicè intereſt,) atq; decoris ingeniis; dum ſcilicet pulcherrimum operæ precium in proſperâ ſui memoriâ ponunt tantummodò. quod unum utique eſt, quod, Tacito teſte, inſatiabiliter parari debet. Accipite igitur HUNC POSSESSOREM meum, tanquam devoti animi fidejuſſorem, illumque adeò ſereno ac hilari, ac VOBIS proprio admittite vultu. Quod quidem ſi obtinuero à VOBIS, habebo de

quo

quo triumphabo planè, habebo inde incentivum enitendi in ſumma, atq; adeò in illud aſſurgendi faſtigium, cui me ſpes VESTRA de me concepta, & Patris optimi inſuper, ac cæterorum cognatorum fama jam dudum deſtinavit. DEUS VOS, PATRONI ac DOMINI, CONSERVET.

A d

Ad

Clariſſimum Virum

Dn. GEORGIUM HENRICUM CöPPELIUM

J. U. C. pro adipiſcendo gradu diſputantem.

HIc tibi COPPELI campus recludit arenam,
Qua manet ingenio ſumma corona tuo.
I felix plenusq; animi tua bella capeſſe:
Victorem voti te tua bella dabunt.
Nec Themidos tantum præcinget laurea frontem;
Ornabit Veneris mox roſa & ipſa tuam.

αὐτοσχεδ. ſcrib.

Auguſtus Buchnerus.

AD EUNDEM.

EXcelſa virtus, ignea, abditis ſveta,
Nubes ut atras tranſit imbribus major,
Trucisq; cunctas Nerei invias cautes:
Sic durat haud exſtincta perq; poſtremos
Lucet nepotes, ignibus micans claris.
Talis profundo ex pectore patris ingentis
Radiata, circumfulget arduas frontes,
Decorum ferAces, KOPPELIIADUM gnatûm.
Quos inter ut tu, HENRICE, purpura victor,
Poſt fratris alti lucidiſſimum ſidus,
Jubar ſecundus aureum explices ſpargens,
Nulli ſecundus explicas tamen totus.

Johannes Ericus Oſtermannus
P. P.

QUod neſcio quis veterum dixit; *cognoſcendi avido grave eſt omne principium*; id ego in ipſo diſputationis veſtibulo (quid enim melius inſtituto convenire poteſt) repetendum duco. Neq; verò conſilium mihi, aut commendare materiam operosè, aut difficultatem ejus oſtendere. Utrumq; enim haud neceſſarium; cum illius præſtantia abs ſe incurrat oculos, ac verberet ſponte; in hac verò prodendâ tam varii exſudarint hactenus, ut meritò hic locum habere putem iſtud: *Cui non dictus Hylas?* Igitur hæc ac talia mecum volvens, ab hisce non injuriâ abſtineo, ad tractatum ipſum incitato veluti curſu procedens. Eâ tamen lege, ut prius moneam, me ſecurum penitus eſſe ab omni cenſurâ, quam ferent fortaſſis de me nonnulli, quotiens me humani quid paſſum

A fuiſſe

fuiſſe offendent. Quotusquisq; enim noſtrum eſt, qui aliquid tale à ſe alienum putet? *Homines ſumus non Dii.* Cæterùm quoniam ut à Panegyriſta, duobus tamen mutatis, verba mutuer, nihil ritè, nihilq; providenter homines ſine SUPREMI NUMINIS ope, conſilio, honore auſpicantur; Quod FELIX FAUSTUMQ; DEUS ESSE JUBEAT; theſes ſequenti ordine decurrere permitto.

THESIS I.

POSSESSOR appellatus eſt verâ Etymologiâ à POSSE & SEDENDO, quaſi qui SEDENDI habet POTESTATEM; ſcitâ autem alluſione à SEDIBUS, quaſi qui SEDES poſuit, vel poſitas habet.

Et ita quidem, prius quod attinet, ferè Andr. Alciat. *de 5. ped. præſcript. n. 90. & lib. 1. Parerg. c. 1.* Neq; etiam ſi ſentire quæ volumus, & quæ ſentimus dicere licet; aliter eſt ſtatuendum. Enimverò uti cuivis obvium eſt, convenit notatio hæc cum maximè cum ſono vocis. Deinde, de quo nemo etiam ambigit, derivatur nomen POSSESSOR à verbo POSSIDERE; quod ipſum compoſitum ajunt ex antiquo vocabulo POS (quod juxta Varron. *de ling. lat. libr. 4. circa princip.* ac ea quæ ex Feſto Pomp *in corp.*

corp.auctor.lat.ling.p.298.n.60. referuntur, idem eſt quod potis, ſeu potens eſſe)& illo ſimplici SEDERE; ut idem ſit quod poſſe, ſeu cum poteſtate ſedere. Hug. Don. *lib.5. comment. c. 6. fol.m.183. col. 1.n.20.* Petr. Frid. Mind. *de mater.poſſeſſ.c.1. n. 6.* Calvin. & Schard. *in Lexic. Jurid. verb. poſſidere.* Sine dubio eam ob cauſam, quoniam, qui v. g. fundum aliquem aut agrum poſſidet, is ingredi eum, diſcedere ab eo, & ad eundem redire, item in eodem ambulare, ſedere & reliqua munia quaſi quodam poteſtatis Jure expedire poteſt Dn. Bicc. *ad l. 3. §. 5. D. de adqu. vel amitt. poſſeſſ. membr. 2. q. 1.* Sicuti quoq; tamdiu rei cujusdam poſſeſſionem retinere quis dicitur, quamdiu facultatem redeundi, inſiſtendi & inſidendi habet. *l. 3. §. 13. l. 25. §. 3. D. d. t.* Mindan. *d. c. 1. n. 6.* Quanquam non deſint, qui verbum poſſidere unà cum conjugatis etiam ex PORRO, ut notetur perpetuitas, vel ex POST aut PONE, ut ſit juxta, propè rem ſedere, germanicè Dabey/ Bey & ita Beſitzen compoſitum voluiſſe videntur. Chriſt. Beccmann. *de orig. lat. ling. p. 330.* Dn. Henric. Han & Georg. Philip. Brunner *de jur. poſſeſſion. th. 1.* Quandoquidem verò ſtationem deſerere nefas; neque non propugnanda mihi jam caſtra JCtorum ſunt; dixi ego in alterâ theſ. parte cum Labeone ac Paulo *in l 1. pr. D. d. t.* quod POSSESSOR, ad inſtar ipſius, quam habet, poſſesſionis, dictus quoq; ſit à SEDIBUS. Et quidem primò non verâ Etymologiâ, ſed ſcitâ tantum alluſione, vocis explicationis causâ adjectâ cum Alciat. *1. diſpunct. 1. in fin.* Weſenb. *in comment. ad lib. 3. Cod. ubi de poſſeſſ. n. 2.* Don. *d. l. col. 1. n. 30.* Treutl. *& ad eum* Bachov. *vol. 2. diſp. 21. th. 1. l. A.* Deinde verò à SEDIBUS potius juxta Florentinam, quam à PEDIBUS juxta vulgarem. Idq; tum propter ſummam quam Pandectis Florentinis in lectionibus diverſis tribuunt auctoritatem; (in Apuliâ enim à Lothario II. repertus Codex iſte vetuſtisſimus eſt, atq; Archetypus putatur.) tum verò propterea, quoniam naturaliter. h. e. ſecundum primam poſſesſionis naturam, Obrecht. *tract. method. de poſſ. c. 1. th. 24.* rem aliquam poſſidet qui ei inſiſtit; *d. l. 1. in pr.* & quidem cum animo atq; propoſito in eâdem permanendi *arg. l. 41. D. d. t.* & conſtituendi quaſi habitationem ac domicilium, quod per phraſ.

A 2 ſedes

ſedes ponere, ſedes capere, ſich Häußlich nider laßen / alias de notatur, *juxta l. 203. & ibi* Alciat. *D. de verb. ſignif.* celeberr. Taubmannum *in ſuo Virgil. pag. 393. B. 1.* & illud ipſum Virgilii.

Quem ſequimur, quove ire jubes? quo ponere ſedes?
Da pater augurium. — — — —

atq; ſimilia quæ apud claſſicos auctores paſſim reperiuntur. Quibus omnibus accedit tandem, (quod ego tamen hiſtoriæ fide jam deſtitutus relinquo in medio) quod adquirendæ poſſeſſionis notam ac ſymbolum, quondam fuiſſe ſedis alicujus, dicis causâ, poſitionem, refert ex Hottom. Gothofr. *ad d. l. 1. pr. lit. T.* Ac licet quidem negari vix poſſit; quod non ſolum pedem ponere, pro incipere poſſidere apud probatos ſcriptores hinc inde ſit obvium; quâ de re Coraſ. & Giphan. *ad d. l. 1. pr.* Hillig. Don. Enucl. *l. 5. c. 6. l. A.* quibus adde Petr. Gregor. Tholoſ. *1. Syntagm. 13. n. 7. & ſeqq.* Verùm etiam Paulus ipſe *in d. l. 3. §. 5. D. d. t.* naturam poſſeſſionis tam à ſtando quam à ſedendo declaraſſe, videatur. Tantò tamen minùs, alluſioni ad ſedes reſpicienti, hanc quæ ad pedes fit, aut anteponendam aut æquiparandam, ſicut alii, ſtatuo; quanto ſcilicet magis illa, ad Sedes, & ſono vocis congruit Hillig. *cit. loc. & lit.* & ſimul rei quodammodo originem indicat, atq; adeò quam proximè ad veram Etymologiam accedit. Diſſentiunt alii aliter atq; aliter, quorum catalogum apud præalleg. Hillig. ac Dn. Bicc. videre licet.

Theſ. II. Et eſt VOCABULI iſtius acceptio in utroq; Iure & apud Interpretes VARIA.

Enimverò ut multifariam illam, quæ apud idoneos auctores occurrit paſſim, brevitatis ſtudio prætercam, denotat vocabulum Possessor I. videlicet *in rubr. D. pro hered. vel pro poſſeſſ.* Eum, quem Prætor v. g. emendando ac impugnando, ſive ut Anton. Matth. *ad pr. Inſt. de bon. poſſeſſ.* notat. ſupplendo potius Jus Civile, conſtituit loco heredis. Cum enim hic ipſe ex ſubtili Juris iſtius ratione heredem facere non poſſet; ſucceſſores

ſuos,

ſuos, quos ex Edicto ad bona defunctorum vocabat, appellavit Bonorum Poſſessores *d.pr.ubi* Bachov. *n.1.& ſeq.* & Poſſessores Simpliciter. *per d.rubr.* & ea, quæ Weſenb. *in parat. Dig.pro hered.vel pro poſſ.n.6.* II. verò Eum, qui rem aliquam tenet, detinet, ſive rei alicui inſiſtit atq; incumbit: Et ſi quidem vocabulum in ſe ac ſonum ejus reſpicias, Sedendo; ſin verò uſum Juris, quo verba valent ſicut numi, per extenſionem etiam Stando, Aſpiciendo, Apprehendendo & Quovis Modo Contingendo, vid. Cujac. *in par.Cod.de acqu. & ret. poſſ.* Petr. Hegenit. *de poſſeſſ.lib.1.c.1.n.7.& ſeq.* Porrò cum hac ipsâ in ſignificatione vocabulum hoc generale admodum, ac ita comparatum inſuper ſit ut aſſumatur non ſolùm, ſeu retineatur potiùs, quibusdam in LL. à certis ſuis ſpeciebus Nude atq; Simpliciter; ſed tribuatur etiam nonnunquam, & vel analogicè ſaltem, tum toti ſuo generi, tum verò ejusmodi ſpeciei, quam in aliud aliàs, ac proprium tranſire volunt Jure noſtro Civili nomen; veniam equidem merebor, ſi dixero, quod acceptam iſtud rurſum reperiatur bifariàm, Proprie nimirum & Figurate. Ac propriè quidem denotat nihil aliud, Quam Eum Qui Rei Corporali Insistit Cum Affectione Tenendi Habendiq; per textus omninò videndos atque conjunctim ponderandos *in l.1.pr. §.1. & 3 l 3.pr l.19.§.1.l.41.D.de adqu.vel am.poſſ.l.2.§.1. D. pro hered. vel pro poſſ.l.38.§ 9.D.de verb.oblig.* quibus adde quæ *ſupr. th.1 ibi & quidem cum propoſito in illa permanendi &c.* item Theoph. *in pr.I de interdict.* Alciat. *l.2 prætermiſſ.p.166.* Weſenb. *in Comment. ad lib. 3.Cod ubi de poſſeſſ.n. 2. 3.* confer etiam Vultej. *in Juriſpr. Rom. 67. v poſſeſſio vulgò definitur &c.cum aliquot ſeqq.& verſ. porrò ex poſſeſſione* Petr.Frider.Mindan. *de mat.poſſ. c. 1. n. 10.* Bachov. *ad Treutl. vol.2 diſp.21.th.1.lit.F.p.260.* Quod verò ſignificationem attinet Figuratam ſumitur in eâ vocabulum Possessor I. per Synecdochen Speciei Pro Genere, pro omnibus, qui rem quamcunq; corporalem tenent, aut qualitercunq; ei inſiſtunt. *l.25.D. de oblig.& act. l.9. D.de rei vindic.l fin.D de publ.in rem act.l.1.§.1.D. ſi ager.vectig pet.l.3.§ fin. l.5.in pr.& § 5.D.ad exhib.* Cùm enim extra controverſiam poſitum ſit, quod *dd. in LL.* inculcetur, ad-

verſus quem, vel ipſo etiam Jure, aut omiſſâ (quæ conſilii magis, quàm neceſſitatis Hillig. Don. Enucl. *l. 17. c. 1. lit. D.*) interpellatione, naſcatur atq; inſtitui poſſit v. g. rei vindicatio, aut actio ad exhibendum, ſcilicet regulariter adverſus poſſeſſorem? & tamen dictæ *l. 9.* ut & dictæ *l. 5. pr. & §. 5.* generalitas hactenus ad fundandas hasce duas actiones ex parte Rei nihil ampliùs requirat, quàm ut res ita penes ipſum exiſtat, ut ſecuto aliquando judicis juſſu poſſit reſtitui: non poſſum non apertiſſimè colligere; quod vocabulum hoc ſuis ibi ulnis complectatur regulariter omnes omninò, quicunque tandem rem aliquam corporalem tenent, ei quovis modo incumbunt aut eam penes ſe tantùm, v. g. à famulis clam in ædes illatam, populariter loquendo habent: absq; ullâ conſideratione, an & qualis ipſis ſit ad iſtam rem affectio; an verò penitus illa deſtituantur, atq; propterea verè ac propriè nudi ac aſinini detentores dici queant? confer Hillig. Don. Enucl. *l. 20. c. 3. l. D.* Giphan *ad d. l. 25. D. de oblig. & act.* Alciat. *ad l. 1. D. de adq. vel am. poſſ. n. 34. circa fin.* II. viceverſa per SYNECDOCHEN GENERIS pro CERTA ALIQUA SPECIE. Et quidem (1) *per l. 7. §. 8. D. comm. divid. l. 5. §. 2. D. ut in poſſeſſ. legat. ſerv. cauſ. eſſ. lic. l. 1. §. 1. & §. 2. D. de ſuperfic. l. 4. C. de locat. prædior. civil. & fiſcal. lib. 11. l. 1. C. de admin. rer. publ. l. 31. l. 37. D. de pignor. l. 17. §. 1. D. ad SCtum Vellejan. l. 12. l. 37. D. de adqu. vel am. poſſ. l. 5. in pr. D. ſi uſufr. pet. l. 4. §. 1. l. 15. §. 4. D. de precar. & c.* PRO IIS, qui tamen propter diverſitatem formæ, videlicet inſiſtentiam, ut ſic loquar, rei cum deſtinatione eam habendi tanquam non ſuam, in ſpecie poſſident PRO ALIENO, *l. 67. pr. D. de furt. junct. l. 13. D. de uſurp. & uſuc.* atq; ut plurimùm (confer enim *l. 1. § 9. D. de vi & vi armat. l. 2. §. 1. & ibi* Paul. de Caſtro *D. pro hered. vel pro poſſeſſ.* P. F. Mindan. *d. l. c. 4. n. 13.*) Verbis minùs honorificis dicuntur partim poſſidere naturaliter; *d. l. 12. in pr. D. de adqu. vel. am. poſſ. l. 38. §. 10. D. de uſur. & fruct. l. 3. & 4. D. ad exhib. l. 7. §. 11. D. comm. divid. d. l. 2. §. 1. D. pro hered. confer. Vultej. d. c. 67. verſ. quæ iterum duplex & verſ. porro ex poſſeſſione,* partim verò poſſidere aliis *l. 1. C. commun. de uſuc. l. 2. C. de præſcript. 30. ann. l. 37. D. de adq. vel am. poſſ.* in poſſeſſionē eſſe, *l. 10. §. 1. D. d. t.* poſſidere corporaliter, *d. l. 1. C. commun.*

mun,

mun.de uſuc.l.15.§.4.D. de precar. imò planè non posſidere *l.33.§ 1. D.de uſurp.& uſuc.l.17.§.1. D. depoſit.l.8.D. commod l.3.§.8.D. uti poſſidet.l.9.D.de rei vindic.* ſed tenere tantum ac detinere *LL. paulò ante citat.* atq; ſecundum DD. habere poſſesſionem nunc naturalisſimam, Vultej.*d.c.67.verſ.quæſtio igitur*, & aſininam, nunc verò tædialem Menoch. *de retin.poſſ.remed.3.n.170.* tenutam P.F. Mindan. *de mater.poſſ.c.7.n.7.* item poſſesſionem impropriam Treutl. *d. diſp. 21. th. 4. a.* & qualemqualem Bachov. *ibid.* Usq; adeò, ut natum quoq; inter Eos iſtud axioma ſit, quod Statuta, non ſolum odioſa, ſed favorabilia etiam de poſſeſſoribus loquentia, non ſint extendenda ad iſtos, quos ſimplices vocant detentores Menoch. *de remed. 3. n.56.* P.F. Mindan. *d.l.c.9.n.7.* Et hæc quidem non ideò, quaſi v. c. commodatarius, colonus, inquilinus &c. ſecundum naturæ rationem verè non posſideant ac propriè. (neq; verò aliud quicquam ea ad conſtitutionem poſſeſſoris, quam ipſam ſedis poſitionem atq; poſſesſionis factum requirit. Weſenb. *in parat.Dig.de adq.vel am poſſeſſ.n.3.* & potiùs, neſcio quid non, admiſerim, quàm ut in tot Juris textibus abuſivè & impropriè JCtos locutos fuiſſe ſtatuerem) ſed, quantum in occulto conjecturare mihi licet, partim quia affectio illa ad rem in iis tantoperè non eluceſcit; partim verò quoniam Iſti juris religioſisſimo Principi juxta ac Triumphatori magnifico, Juſtiniano placuit, commoda, cæteris poſſeſſoribus in Orbe Romano tributa, his de quorum corio nunc luditur, pro varietate circumſtantiarum aut denegare penitus, aut ſecundum quid tantùm, magis tamen, ut ſic loquar, ac minus largiri. Ut videantur adeò indigni appellari poſſeſſores, quibus pro aſſerendâ, quam habent, poſſesſione ordinaria juris remedia non reperiuntur conceſſa. vide omninò hâc de re latiùs diſſerentem Alciat, *d. 5.ped.præſcript.à n.103.usq; 115.* Cujac. *in parat.Cod.de acqu.& ret.poſſ.* Weſenbec. *d. n 3.& in comm.ad d.l.3.Cod.n.2.& 3.* Schneid. *ad §.poſſidere n.24.& ſeqq.I.de interd.* atq; ex parte fortasſis hos ſecutus Bachov. *ad Treutl.d.diſp.21.th.1.l.F.* Hegenit. *de poſſ. d.c.1.n 12.& ſeqq.* P. Frid. Mind. *ſæpè citat. loc. c. 2.3. & 4.* Valent. Rimer. *decad.5.q.7.* (2) & quidem frequentius ac VELUT PER EXCELLEN-

CELLENTIAM *per l.101. D. de leg.3.l.33.§.1.verſ.cum hæc igitur. D.de uſurp.& uſuc.§.5. junct. §.præced. I.de act.l 3.l.8.§.1.2.3. C. de præſcript.30.vel.40. annor.& paſſim ſub illo tit.& D.de uſuc.* PRO IIS, qui ſimiliter propter diverſitatem formæ, inſiſtentiam nempe cum affectione rem habendi tanquam propriam perhibentur aliàs in ſpecie POSSESSORES PRO SUO, *l.32.in pr. D. de uſurp.& uſuc.l 67. D.de furt* & poſſidere dicuntur propriè Donell. *d.l 5.c.6.col.1.n.60.& ſeq.* ſecundum dicenda infra ſuo loco, confer interim Cujac. *ad l.2.C. de præſcript. 30. vel. 40. annor.* Don. *d.l.* Hegen. *d.c.1 n.12.& ſeq.* Bachov. *d.diſp.21.th.4.F.p.314.* Rimer. *d.dec.5.q.7.* (3) *per l. unic.§.4.D.de rip.mun.l.7. D.de incend. ruin. naufrag.l fin §.15.D. de mun.& honor.* PRO IIS qui à materiâ circa quam dicuntur alias POSSESSORES in ſpecie PRÆDIORUM, tum indifferenter OMNIUM *per LL.modo citat.* Dn. Bicc. *ad l.3 §.5. D. de adquir. vel am poſſeſſ. membr.1.th.18.* tum verò EORUM cumprimis, quæ in PROVINCIA ALIQUA cum onere tributi vel ſtipendii olim relinquebantur PRIVATIS, *per l. 7. & ibi gloſſ.ad verb. poſſeſſor. C.de exact.tribut.* adde Bachov. *ad §.41. I. de rer. diviſ.* (4) *arg.l.11.§ 1.l.12.l.13.§.1.D de hered.petit l.16.D de adq. vel am. poſſ l.33.§ 1. D. de uſurp.& uſuc.* PRO IIS quos vocant alias ab accidente in ſpecie POSSESSORES NUDOS Anton. Fab. *in ſuo Cod l 8.tit.23.def.3.n.3.* Gail. *1.obſ.81.n.7.* Eam videl: ob rationem, quoniam poſſesſionis ſuæ cauſam dicere nullam poſſunt, quam quia poſſident, vide Theoph. *§.ſequens diviſio I.de interd.* & fragmentum illud Weſenb. *in parat. Dig pro hered. vel pro poſſ. in fin.n.6.* (5) & quidem ſecundùm gloſſ. & CC. *in c.ſtatuto 2. verb. poſſidebant de Decimis in 6* PRO IIS, qui ſimiliter ab adjuncto ſunt POSSESSORES in ſpecie CUM BONA FIDE. Procul dubio eam ob cauſam, quoniam Jure Canonico, qui malâ fide poſſidet, poſſidere ſæpiùs negatur, quemadmonum teſtis eſt Rittersh. *lib.4. differ. Jur. Civil. & Canon.c.13 p.145.* (6.) iterum juxta gloſſ. *in Element. unic. verb. neutro. ut lit.pendent.nil minor.* PRO IIS quos aliàs vocant POSSESSORES PACIFICOS, vid. Alciat. *ad d. l. 1. per D. de adquir. vel am. poſſ. n.34.* Et denique III PER ANALOGIAM. *per l.9. D.de hered.pet.l 3.D.ſi uſusfr.pet.l 7. D.de itin. act.priv.l.2.§.3.D.de precar.*

car. c 2. X de in integr. reſtit. PRO IIS qui eorum aliquid, quæ in Jure conſiſtunt, h.e. rem incorporalem v g. uſum fructum, vel aliam aliquam ſervitutem habent in uſu, & QUASI POSSESSORES alias dicuntur. Eâ nimirum ex ratione, quoniam incorporalia, uti non tangi, ita etiam nec poſsideri unquam poſſunt, aut detineri, niſi tantum per quandam analogiam ac interpretationem Juris, vid. Weſenb. *in parat. Dig. de adqu. vel am. poſſ. n.5.* Vultej. *d.c.67. verſ. quæ verâ &c cum ſeqq.* Atq; hæc ſunt quæ de variè variâ tum in Jure, tum apud Interpretes POSSESSORIS SIGNIFICATIONE ſeu HOMONIMIA, tanquam certiſsimâ omnis generis errorum genetrice, ad prænavigandos ſcopulos paulò pluribus fuerunt præmittenda. Cæterùm quod in auguralem hanc attinet diſputationem; mens quidem initio erat, proponere ſub eâ poſſeſſorem, prout *ſupra hac theſ. ſub accept. propria* deſcriptus fuit in genere. At enim verò in immenſum usq; adeò ſub manibus excreverat (ut abutar vocabulo) opus, ut præſtitutum hujus modi ſpeciminibus modum penitus videretur transgreſſum. Itaq; pleniori ſingulorum tractatione ſingulorum ſcriptoribus relictâ, (neq; verò, qui didici me metiri pede meo, egomet de me amplius promittere quicquam auſim) acturus jam de ISTA duntaxat POSSESSORUM SPECIE ſum, QUÆ CONTINET SUB SE EOS, QUOS DIXIMUS POSSIDERE REM ALIQUAM CORPORALEM PRO SUO. Ac ita quidem, ut quoniam LL. noſtræ, prout dictum paulò ante fuit, iis quoq; qui utuntur re aliqua incorporali, nomen poſſeſſoris tribuunt; ac ipſi inſuper Logici ſpecies quasdam, quæ per analogiam ſaltem participant de genere, perhibentur admittere: Bachov. *ad Treutl. d. th. 1. l. E.* conjunctim quoq; quoad fieri poterit tractem DE ILLO, QUEM SUB NOMINE QUASI POSSESSORIS venire, *infra ſuo loco* pluribus demonſtrabo. Intereà promiſsis annuat DEUS!

Theſ. III. Sicut etiam plura ſeſe offerunt VOCABULA IDEM, quod poſſeſſor, de quo agimus, SIGNICANTIA.

B Quem-

Quemadmodum enim pro poſſidere. ſc. pro ſuo, in Jure noſtro occurrit tenere, *in l.44.§.fin.D.de uſurp.& uſuc.l.8.§.1.C.de præſcript.30.vel 40.annor.* detinere, *in l.21.circa fin.C.de furt.* & inſidere, *l.8.C.de omni agr.deſert.lib 11.* pro poſſeſſione detentatio *in l.15.§.3.D.ex quib.cauſ.major.&c.* deten[illegible]tio, *in l.un.C.de uſuc.tranſf.* nec incubatio, *in l.fin.C.ne rei domin.vel templor.* & pro rebus poſſeſſis res detentæ *d.l.unic.de uſuc.transform.& ſimil.* ita eo etiam ipſo per regulam conjugatorum POSSESSOR exprimitur per vocabula DETENTORIS ATQUE SIMIL. Tantum enim abeſt ut loco à conjugatis in præſenti materia non faciamus locũ cum aliis; ut potiùs quatuor quaſi pedibus eundum exiſtimemus in ſententiam Bachov. *ad Treutl.d.diſp.21.th.4.l.H.* & Ziegen, *d.lib 1.c.1.n.20.* Qui ſicut in aliis, ita quoq; in hoc paſſu argumentum inde deductum (modo termini rectè accipiantur) non ſine ratione firmisſimum eſſe putant. Atq; hoc eò magis, quoniam hanc ipſam in rem textus eſt expreſſus *in l.8.§.2.C de præſcript. 30. vel. 40. annor.* ubi vocab. detentoris pro poſſeſſore noſtro poſitum reperitur. adde Bachov. *ad §.2.verb.habes, tenes, poſsides.I. quib. mod. tollit. oblig.* Cæterùm Germanis, uti notum, poſſeſſor dicitur ein Beſiẞer/ quanquam & in hac ipsâ ſignificatione non raró loco illius poſitum inveniatur vocab. Inhaber. quâ de re videatur. *Ordinat.Camer.p 2.t.21.& poſt ſubſcript.Receſſ.Imper.de ann.1594 & 1641.* Beſold *in theſaur.pract.ſub.verb.* Inhaber dieß Brieffes. & Inhaber dieß Fürſtenthumbs oder Graffſchafft. *cum ibi alleg. item* Gail. *de arreſt.c 6.n.9.& 2. Obſerv.12.in fin.* Joh. Rüdinger *cent 4.Obſerv. Cameral.7.*

Theſ. IV. Eſt igitur HIC NOSTER nihil aliud, quàm POSSESSOR cum AFFECTIONE DOMINI.

Atq; hunc in modum poſſeſſorem, quem pauló ante promiſimus in ſpecie, aut definiendum, aut quibus non ad palatum hoc, depingendum ſaltem rudit er duxi. Per genus quidem quod attinet, ejus in locum collocandum non immeritò judicavi

cavi poſſeſſorem. Eâ nempè motus ratione; quoniam in qualibet definitione ita ſe habere iſtud debet, ut non de definito tantùm, ſed & aliis prædicetur in quid proximè. Quocirca cum, prout traditum *ſ. pr. th. 2. ſub accept. vocat. poſſeſſ. propriâ* fuit; POSSESSORI SIMPLICITER ATQUE IN GENERE CONSIDERATO totum ſuum eſſe nihil aliud tribuat, quam inſiſtentia (ut iterum ſic loquar) rei cum affectione ſeu animo eam tenendi habendique: iſte verò animus ita comparatus neceſſariò ac ſemper ſit, ut rem aliquam afficiat aut tanquam ſuam, aut tanquam non ſuam; conſequens certo certius eſt, ut diverſitas illius affectionis ſeu animi ad rem, diverſas quoq; pariat hactenus conſiderati poſſeſſoris in genere, è diametro ſibi oppoſitas ſpecies; atq; efficiat adeò, ut iſte ipſe & de hoc noſtro & aliis inſuper poſſeſſoribus, in ſpecie ſumptis, ceu genus legitimum optimo jure prædicari poſſit. Atq; huc usq; diſſentiunt, niſi fallor, præter Theoph. Alciat. Cujac. Weſenb. P. F. Mind. Vultej. Bachov. *d. diſp. th. 2.* Hegenet. *locis ſupr. alleg.* partim expreſſè, partim in effectu; Dd. quos vidi, fermè omnes. Porrò quoniam, ut rectè ſeſe habeat Definitio aliqua, non tantùm requiritur, ut conſtet genere, quod de definito prædicetur proximè in quid, atque commune ſit aliis; verùm etiam ut prætereà in ſe contineat differentiam, per quam ab iſtis aliis rurſum diſcernatur, atque adeò cum definito poſſit converti: adjiciendum meritò putavi ex Theoph. *in § idem placet I. per quas perſon. nob. acqu. & § item per I. quib. mod. toll. oblig.* Donell. *d. l. 5. c. 6. p. 183. col. 1. n. 40. & ſeqq.* CUM AFFECTIONE DOMINI. Utpote à qua (vide enim *l. 34 pr. & ibi* Cujac. *D. de acqu. vel am. poſſ.*) tanquam formâ ſpecificâ dependet, ut poſſeſſor aliquis pro ſuo in ſpecie ſit, atq; à reliquis v. g. Creditore pignoratitio, eo qui rogavit precariò &c. pro alieno posſidentibus, atq; ſic animo dominantis penitus deſtitutis, diſcerni perſpicuè posſit. *arg. l. 13. l. 32. in pr D. de uſurp. & uſuc. l. 67 D. de furt. l. 2. C. de præſcript 30 vel 40. ann.* Atq; hac in parte conſentit tacitè iterum ipſe Theoph. *dd. ll. junct. pr. I de interdict.* Bachov. *alleg. loc.* expreſſè verò Cujac. *ad d. l. 2. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* & quodammodo Weſenb. *in parat. Dig de adq. vel am. poſſ. n. 6.* cumprimis autem

B 2 Hegen.

Hegen. *d.c.1 n 9. & mult. ſeqq.* Cæterùm veniam me facilè impetraturum confido, quod hac ipſa in Definitione objecti ſeu materiæ circa quam, cum qualitatibus ſuis expreſſè non feci mentionem. Enimverò intermiſſum utrumq; horum non ex ignorantiâ fuit, ſed multò magis ideò, quoniam certus ſum, quod poſito, tanquam uno correlatorum, poſſeſſore (quem in præcedentibus probavimus eſſe in genere eum, qui rei alicui verè vel quaſi inſiſtit cum affectione eam tenendi habendique) ſtatim quoq; ponatur & alterum, res nimirum, cui cum affectione tenendi habendiq; per rerum naturam aut interpretationem Juris inſiſti queat. Veruntamen, ut hoc ipſum objectum, quemadmodum & tota definitio eò meliùs poſſit intelligi, ut per cauſas ea explicetur, operæ nunc pretium puto.

Theſ. V. CAVSARVM igitur POSSESSORIS aliæ EXTERNÆ ſunt, Efficiens ſc. & Finis; aliæ INTERNÆ, Materia & Forma.

Theſ. VI. EFFICIENS verò uti vel PRINCIPALIS eſt, vel MINVS PRINCIPALIS; ita ILLA vel remota eſt, vel propior, vel proxima.

Theſ. VII. Cauſa itaq; POSSESSORIS REMOTA eſto JVS.

Dabis veniam, quisquis tandem diſputationem hanc Inauguralem in manus ſumere non gravaberis; quòd deflectens paulisper ab eâ, quam preſſi hactenus, atq; preſſurus in poſterum ſum, orbitâ, de Jure ipso pauca quædam, quæ facere ad propoſitum cum maximè videntur, dicere ingredior. Ac unde quidem appelletur Jus? item quam variè hinc inde accipiatur? cum ad alia properandum magis ſit, quàm veniendum; aliorum diſcepta-

diſceptationi jam lubens relinquo. Eſto potiùs nobis heic ſive conſtitutio jubens permittensve quæ recta ſunt, prohibensque contraria cum Don. & Hillig. *l.1.c.5.B. & G.* vid. *l.7.D.de LL.* ſive liciti atque illiciti norma, menſura ac index. cum Johann. Selden. *mar. clauſ. lib.1.c.3. confer l.3.D.d.t.* Cæterùm diſpertire illud à causâ efficiente mihi liceat in DIVINUM & HUMANUM; ac divinum, ſcilicet ab ipſo Numine indicatum, præſtitutum, imperatumque; iterum in NATURALE & POSITIVUM cum Selden. *lib. 1. de jur. natur. & gent. c.8. p.104 & ſeq.* Et Naturale quidem (quod ipſis hominum initiis coævum; *l 1.D.de adq. rer. domin.* Selden. *d.l.p.105.* & juxta idoneum illum Divini JurisConſultum *ad Rom. 2.v.15.* in cordibus hominum ſcriptum; atque adeò Divinâ providentiâ, ut apud omnes gentes peræque obſervaretur, conſtitutum. Imper. Juſtin. *in §.11.I.de I.N.G. & C.*) ſubtiliter, an craſsâ Minervâ ab Ulpiano *in l.1.§ pen.D. de I. & I.* ſubdiviſum ſit in illud, quod proprium hominibus; & quod iidem cum aliis animantibus, ex quadam ipſis umbrâ rationis atq; veſtigio, habent commune, operosè jam non eſt inquirendum. Sed id conſtituendum potiùs: quod POSITIVUM ſeu RECENTIUS ſit ILLUD, quod poſtea in Utroque Fœdere eſt adjectum; hoc eſt, ut Grot. *d.l.1.c.1.n.15.* ait, quod humano generi datum à DEO reperitur, ſtatim poſt hominem conditum, iterum in reparatione poſt diluvium, poſtremò in ſublimiori reparatione per Chriſtum. Breviter, quod Divinis in eloquiis, ſcripto mandatis, habetur præſtitutum. Selden. *mar. clauſ. c.3.* Porrò ut de HUMANO quoque aliquid dicamus Jure; eſto nobis heic ILLUD, quicquid ab hominibus, quatenus Divinum, ſive quod Naturale eſt, ſive quod Naturali poſtmodum adjectum, permittit; variatim ex tacito vel expreſſo conſenſu additum eſt ac ſuperſtructum. Selden. *d.c.8.* Erit autem & hoc quoque duplex, COMMUNE, ſc. GENTIUM, & PROPRIUM CIVITATIS. Ac per commune quidem gentium non ID intelligo heic, quòd in omnium conſiſtere uſu ſingi ſolet; (nondum enim quot gentes ſint exploratum ſatis, nedum in quos conſenſerint leges aut mores. Selden. *mar. clauſ. c.7.*) ſed illud ipſum, quod uſu exigente & humanis neceſſitatibus, eo, uti

53

dictum modò, ſibi conſtituerunt Gentes, præteriti præſentisque ævi illuſtriores, & quarum mores habemus exploratiores §. 1. *I. de I.N.G,& C.* Et quidem vel in ſocietate adhuc primæva iliâ atque domeſticâ, unde Jus Gentium PRIMÆVUM; vel politicâ poſtmodum, ſeu Civili, unde SECUNDARIUM ſeu Civile generale vide Connan. *1. comment. 5.* Rimer *illuſtr. qq. dec. 1 q. 4. & ſeqq.* Dn. Frantzk. *exercit. 1. q. 4. n. 5. & ſeqq.* Quemadmodum etiam PROPRIUM nobis haud denotat, quod proprium ſibi conſtituit hac vel illa, ſed quod ipſa in individuo, ut ſic loquar Civitas Romana, atque adeò iſtud ipſum, quod dicitur aliàs civile Romanum, Quiritum & per excellentiam Civile ſimpliciter *d. §. 2. I. de I.N.G.& C.* continetur que hodie non tantum Jure collecto à Juſtiniano, ac reliquis Corporis noſtri partibus; verum etiam Receſſibus inſuper Imperii, Pacificatione religioſâ, conſtitutione criminali. Carol. V. &c. ut & ſuo etiam modo Canon. & præcipue Feudali, quâ de re vid. Georg. Schultz *in Synopſ. Inſt. prolegom.* Atque his ita ſuppoſitis principiis, ut ad propoſitum redeam; dicendum videtur, quod poſſidere, poſſeſſio atque poſſeſſor pro ſuo, ſeu cum affectu dominantis, tanquam cauſæ efficienti remotæ, vel ſi mavis, origini ac fundamento, adſcribi debeat JURI DIVINO. Et quidem EI, quod diximus NATURALE, ideò; quoniam haud infima Naturæ lex eſt, ut curentur vitæ commoda, atque eum in finem nemo ab uſu neceſſario rerum communium prohibeatur. Vide Beat. Meiſner. *d. LL. lib. 3. q. 12* Quocircà, cum ita comparatæ quædam iſtarum rerum ſint, ut conſiſtant in abuſu vel ſimpliciter, & proinde indiſtinctè proprietate quadam ab uſu ſejunctâ fiant utentis, veluti cibus ac potus; vel tantùm ſecundum quid, quatenus ſc. occupatæ aliis commodè uſui eſſe non poſſunt, uti ſunt veſtes & tegumenta alia; conſequens certo eſt certius, quod cujus juris eſt, uti rebus ad vitæ commoda, ejusdem etiam ſit, inſiſtere rei alicui tanquam propriæ, atque adeò poſſidere pro ſuo. confer. Hug. Grot. *de mar. lib. c. 5.* & Dn. Frantz. *d. exerc. 1. q. 6.* Deinde quoniam, quando dicitur omnia Jure Naturali eſſe communia, non hunc habet ſenſum, quod nemo aliquid pro ſuo habere poſſit, ſed

quod

quod naturâ & ab initio omnia fecerint vacua, ita ut cederent occupanti, hoc eſt, qui rei alicujus apprehendit poſſeſſionem. *l.1.2.& 3.D.de adqu.rer.dom.l.1.pr.& §.1.D.de adqu.vel am.poſſ.* confer Hug.Grot. & Dn. Frantzk. *loc.modò cit.* Et denique ſi omnia ita eſſent communia, prout putant nonnulli, quid quæſo opus eſſet illâ Naturæ lege; SUUM CUIQUE TRIBUENDUM? Et quomodo Juſtitia, quomodo liberalitas, quas virtutes natura ſuadet, exerceri in tali communitate poſſent? Quis coleret agros, quis vineas, ſi nihil proprium? Prout non minùs verè quam eleganter diſſerit pluribus. Beatus Meiſnerus *de LL. libr. 3. quæſt. 12.* add. *l.1.§ 3.D.de furt.l.42.D.de V.S.l.1. § 15 ſi is, qui teſtam. libr. juſſ.l.fin.D Expil hered.* Alciat. *de 5.ſed præſcript. n. 105.* Hug. Grot. *de jur.bell.c.2.& de mar.lib.c.5.* Hugon. de Roy *de eo quod juſtum eſt.lib.1.tit.5.* Seld. *de jur nat.& gent.lib.6.c 2.& ſeqq.* Dn. Frantzk. *d.l.n.8.* Atque ex his ipſis rationibus idem, quod de Jure naturali, affirmandum quoq; eſt de POSITIVO. Nam ut taceam, quod Jus Divinum poſitivum ei, quod Naturale dictum, non ſit contrarium, ſed his, quæ indicantur ab hoc generaliùs atq; confuſiùs, majorem addat lucem; vid. Beat. Meiſn. *de LL.d.l.3.q.5.* tantum abeſt; ut DEUS TER OPT. MAX. prohibuerit aliquem, quod ex rebus præſertim mobilibus, & quarum uſus non niſi in abuſu conſiſtit, &c. Grot. *de mar.liber.d c.5.* occupavit, pro ſuo habere, ut contrarium potiùs maluiſſe ac approbaſſe ſit cenſendus. Eo ſcilicet ipſo, quando Adamo primum, ac poſt diluvium Noacho cum filiis terram univerſam cum omnibus animantibus dedit dono; eoſdemque ſolenniter quaſi in vacuam induxit poſſeſſionem. Et ſi diſplicuerint Ipſi ſinguli ſingularum terrarum, rerumque in iis contentarum poſſeſſores, quorſum tenderet quæſo ſevera illa furti àtque rapinæ prohibitio, tot in locis, tam in Teſtamento Veteri, quàm Novo per Salvatorem etiam Ipſum repetita ac inculcata? vid Selden. *locis ſupra citat*, & Hugon. de Roy *d.l.1.t.5.* DEINDE verò & quidem multò magis HUMANO, ſive quod à cauſa efficiente diximus Gentium, *c. 8. diſtinct.1.* Weſenb *in comm.ad lib.3 Cod.ubi de poſſeſſ.n.7.* & rurſus tam PRIMÆVO, quàm SECUNDARIO. Enimverò primis ſtatim homi-

mini

minibus in domeſticam ſocietatem congregatis fuerunt, Abeli pecora & compaſcua ſua. Caino agri & fata ſua vide Selden *mar. clauſ. cap. 4.* Quorum veſtigiis tanto magis inhæſere poſtmodùm congregatæ in politicas ſocietates Gentes: quantò ſcilicet magis poſt lapſum, creſcentibus indies delictis, generis humani ſtatus poſtulavit, ut ad meliorem rerum publicarum adminiſtrationem, ac conſervationem pacis, vel expreſſo vel tacito communi hominum placito ſinguli certarum provinciarum, rerumque in iis contentarum conſtituerentur poſſeſſores. Quemadmodum fatentur DD. communiter, atq; per inductionem, ſi non omnium aſt plerorumque tamen populorum, qui LL. aut moribus reguntur, demonſtrari poſſet, ſi tempus & inſtituti ratio id pateretur. vid. *l. 5. D. de I & I. §. 2. I. de I. N. G. & C.* atq; poſt *ſupr. citat.* Auctores, Ludov. Molin. *d. tom 1. tr. 2. diſp 4.* Ac DENIQUE, atq; cumprimis Juri etiam PROPRIO, quodve diximus CIVILE. Weſenb. *d l. n. 7.* Quandoquidem enim animadverterent, penes Quos Summa Rerum eſſet, quòd ſtante rerum communione, Romanam Rempublicam diu ſtare haud poſſe: id profectò egerunt ſeduló, ut, quod Jus Divinum tam Poſitivum quam Naturale permiſit ipſis, ac ſuaſit, quodve Illuſtrioribus placuit Gentibus, in ſuam Rempublicam & ipſi ſalutariter inducerent, approbarentque. Ac ita quidem, ut quoniam jura poſſeſſorum pariter, atq; eos ipſos conſtituendi cauſas Jus Gentium vagas nimium reliquiſſet ac liberas; coercerent modò, modò verò in eſſe ſuo relinquerent, imò interdum etiam aliquid planè adderent novi. Prout nempè pro ratione ſtatus, caſuum emergentium, aliarumque circumſtantiarum commodum ipſis fuit viſum. Quemadmodum teſtantur, noſtræ Inſtitutiones, Digeſta, Codex, Novellæ, Conſuetudines Feudales, Jus Canon. Receſſus Imperii &c. nec non ex tradendis *infra ſuo loco* unicuique patebit.

Theſ. VIII. PROPIOR, TITULUS ex quo poſſeſſio, antecedente plerumq; TRADITIONE, apprehenditur.

Et ita

Et ita quidem iterum Weſenbec. *d. comment. in libr. 3. Cod. ubi de poſſeſſ. n. 7.* Dixi autem antecedente traditione PLERUMQ; idqve notanter. Quoniam non video, qua ratione, quando (velut in occupatione ferarum beſtiarum, gemmarum in litore maris repertarum, item rerum pro derelicto habitarum atq; hoſtilium, ut & regulariter jacentis neq; à tertio poſſeſſæ hereditatis evenit) titulus ſeu cauſa in idem concurrunt, traditioni poſſit, aut debeat ſaltem eſſe locus *arg. l. 1. §. 1. & paſſim D. de adqu. rer. Dom. l. 1. §. 1. D. de adq. vel am poſſ. §. 12. §. 17. & 18. I. de rer. diviſ* Tiraquell. *tr. le mort ſaiſit le vif 8. declarat. præfat.* Weſenb. *in parat. Di. geſt. quor. bonor* Bachov. *ad §. 41. I. d. t.* Ut taceam quod bona fides ſi adſit & poſſesſio, de traditione non ſit laborandum. Gilken. *de uſucap. p. 2. m. 3. c. ult. n. 6.* Ut verò ad titulum ipſum paulô accedam propius; indicat is nobis hic nequaquam vel (1) in genere quamvis inſcriptionem e. g. monumenti, ſive memoriæ ſepulchralis, de qua acceptione Celeberr. Buchn. *ad Plin. lib. 7. epiſt. 29.* notavit; vel (2) brevem annotationem ſequentis operis. ut *in l. 1. D. de reb. cred.* vel (3) edicti alicujus caput, *ut in l. 1. D. de collat. bon. l. 195. D. de V. S. junct. l. 1. D. quod quisq; Jur. in al &c.* vel (4) nomina, arma, inſignia potentiorum, atq; tabellas iſtas, quas Salvas guardias vocant hodiè, ut *in rubr. & l. un. C. de his qui potent. nom. tit. præd. affig. & c. l. 1. & 2. C. ut nem. privat. tit. præd. ſuis vel alien. impon.* teſte Weſenb. *in comm. ad illos tt.* vel deniq; (5) quemcunque tandem colorem, qui rebus imponi ſolet, ut *arg. l. 60. § 4. D. de rit. nupt. l. 5. D. de reb. cor. qui ſub tut.* de quibus ſignificat. ac aliis vid. poſt. Schard. & alios *in Lexic.* gloſſ. *in c. dudum 54. verb. intitulatam x. de elect. & elect. poteſt* Luc. de Penna *ad l. 4 C. de privileg. dom. Aug. lib. 11. n. 2.* Cyn. *in l. 11. C. de pet. hered.* Gilken. *de uſucap. p. 2. membr. 1. c. 11. n. 2.* Harprecht. *ad pr. I. de uſucap. n. 100.* Sed illum ipſum prætextum, qui, cur poſſeſſio, & quidem in ſpecie pro ſuo, vel principaliter, ut in caſu *l. 34. §. 4. D. de contrah empt. . 28. D. de adqu. vel am. poſſ.* vel minùs principaliter, ut aliàs plerumq; apprehenſa fuit, allegatur *l. 3 §. 21. D. de adquir. vel am. poſſeſſ. pr. I. de uſucap. l. 1. pr. D. de public. in rem. act.* Weſenb. *in parat. Dig. ibid. n. 4.* Et cauſa quidem dicitur *in pr. I. de uſucap. l. 33. §. 1 D. de adqu. vel*

C *amit.*

amit poſſ.l.5.l.6.C.eod. ideò; quoniam ex eâ orta dicitur occaſio poſſeſſionem apprehendendi; titulus verò quia poſſeſſor eo ſe tuetur atque defendit; *l.9.C.de præſcr.long.temp.* vel potiùs quoniam ex causâ aliquâ hujusmodi redditâ, tanquam ex inſcriptione quadam, intueri licet, juſtè quis poſſideat an injuſte? Don. & Bachov. *modò cit.loc.* Cæterùm quamvis, ut verba Theophil. *in d.§.2.I.de Interd.* paulò uſurpem laxius, multæ acquiſitionum rationes ſint; & quot acquiſitionum rationes, totidem etiam tituli ac cauſæ. Quin tamen uno atq; altero modo optimè poſſint dividi, dubitabit quidem nullus. Enimverò, ut jamdudum Donell. *d.c.14.* animadvertit, titulorum PRIMO ALII ex conditione rei poſſeſſæ ſunt, ſeu uti Bachov. *ad §.41.I.de rer. diviſ.* loquitur, cum apprehenſione in idem concurrunt; (quo referendam paulò ante dixi venationem, inventionem, ſpecificationem, acceſſionem *d.l.3.§.21.l.2.D pro ſuo*) ALII verò extra rem, ſeu ab ipſa apprehenſione diſtincti. Atque hi iterum deſcendunt aut à PERSONIS PUBLICIS; cujusmodi titulum gignit miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, *l.3.§.fin.l.11.D. de adqu.vel am.poſſ.* juſſio ſervum ducere ex noxali cauſa, *l.6.D de publ in rem act.* adjudicatio, *l.3.D.d.t.l.17. de uſurpat. & uſucap. &c.* aut à PRIVATIS; qui tamen & ipſi rurſus differunt invicem quam longiſſimè. Quandoquidem PARS eorum originem trahit ex ULTIMA VOLUNTATE, teſtamento videlicet, legato, fideicommiſſo; PARS verò ex NEGOTIO, GESTO, ut ſic loquar, atq; ad FINEM PERDUCTO INTER VIVOS, puta emptione, venditione, permutatione, donatione, atq; ſimil. vid. Donell. *loc. allegat.* & Dn. Han & G. P. Brunner *d.diſp.th.13.* SECUNDÒ alii perhibentur JUSTI, alii INJUSTI. *arg.pr.I.de uſurp. & uſucap.l.1.pr.D.publ in rem act.* Weſenb. *in parat.Dig.ibid.n 4.* & DD. *commun.* Ac juſtos quidem (qui firmi etiam in *l.7.C.de adqu. & retin poſſ.* & legitimi à DD. dicuntur; nihilq; heic ſunt aliud, quàm juſtæ cauſæ, quæ ex inſtituto juris civilis operantur, ut poſſeſſor vel ſtatim vel tractu temporis & ſpacio ſolenni fiat rei poſſeſſæ dominus, cujusmodi oriuntur v.g. ex emptione venditione, aliisq; contractibus ritè, atq; ſecundum LL. normam initis, *arg.d.l.3.§.21.D.de*

adqu.vel am.poſſ. vid. P. G. Tholoſ. *libr.40.Syntagm.c.7.n.3.* Hegenit. *de poſſeſſ.lib.1.c.6.n.65.* Hug. de Roy *de eo quod juſtum eſt lib.3. tit.1.§.4.)* iterum *ex l.33.§.1.D de uſurp & uſucap.& ſimil.* in VEROS dividunt & PUTATIVOS; Schurff. *cent.3.conſ.96.n.6.&* 7. Vaſqu. *illuſtr.controv.p.1.l.2.c.70.n.8.* Joach. Hopper. *Seduardus l.11.tit.8.* Schneidw. *ad pr.I.de uſucap.n.37.* Oldendorp. *in introduct.claſſ.3. n.5.* Treutl. *vol.2.diſput.22.th.5.f.* ſeu, prout ex Ludov.Molin. *tom. 1.tr.2.diſput.4.n.2.& diſp.64.n.1.,* videre eſt, in VEROS, ſc. quòd reverà adſunt, & inſuper jura ex ſe produci apta verè, non ratione cujusdam circumſtantiæ impediti producunt; ut quando quis emit à vero domino non prohibito alienare: PUTATIVOS, videl. quod reverâ non adſunt; ſed adeſſe ſaltem bonâ tamen fide putantur; ut quando quis juſtam habet exiſtimandi cauſam (quâ de videantur quæſo Covarruv. *p.2 relect.ad r.poſſeſſ.de R.I.in 6.§7.* Don.& Hillig. *d.l.5.c.15.* Schneid *d.l n.38.& ſeqq.* Gilken. *de præſcr d.l.2.membr.1.c.1.* Hegenit. *d.c.6.n.69.& ſeqq.*) v. gr. ſe heredem vel bonor. poſſeſſorem alicui extitiſſe nec tamen extitit reverâ: Atq; PRÆSUMPTOS, nempè quòd ratione alicujus circumſtantiæ impediti, jura illa ex ſe produci apta non producunt; ſed producere bona fide exiſtimantur præſumunturque; quemadmodum accidit, quando quis emit à non Domino, aut Domino quidem, aſt alienare prohibito, quem tamen Dominum verum, aut alienare non prohibitum emptor iſte juſtâ ratione ductus credebat. vid. omninò *d.l.33 §.1.l.44. D.de uſurp.& uſuc.l.11 D.pro emptor.l.4.l.6.D.pro legat.l.ult.§.1.D.pro ſuo* Bachov. *d.pr.I.de uſuc* & poſt Molin. *dd.ll.* Dn. D. Han & G.P. Brunner. *alleg.diſſ.th.13.* Atq; ex his, quæ de titulis, qui dicuntur iuſti, prolata ſunt hactenus, ſimul quoq; patet, QUINAM ſint INIUSTI, VITIOSI, ILLEGITIMI, INUTILES, FALSI? Nimirum omnes omninò, qui vel reverâ non adſunt; ſed aut dolo malo finguntur penitùs; *l.9.C.de adqu.& retin.poſſ.* aut adeſſe duntaxat, veruntamen errore injuſto, putantur: *§.error.6 I.d.t.l.27.D.de uſurp.& uſuc.l.1. D.pro donat.l.6.D.pro derelict.l.2.l.3.D.pro legat.* Gilck. *d.l.c.2.& 3.* vel adſunt quidem, verùm aut in ſe ſunt injuſti, ſeu nulli potiùs, cujusmodi proveniunt v. g. ex violentâ vel clandeſtinâ oc-

cupatione, *l. 7. C. de acqu. & retin poſſ.* Förſt. *de dom. c. 8. n. 93.* aut juſti quidem in ſe, ſed propter admixtam malam fidem, vel ratione aliarum circumſtantiarum jure civili tanquam injuſti reprobati, quo pertinet donatio inter conjuges, conſtante matrimonio regulariter prohibita; ſecundum tradita à Weſenb. *in parat. Dig. de donat. inter vir. & uxor.* item emptio, quam facit quis ſciens à furioſo, pupillo, ſine tutoris auctoritate, & ſimiles de quibus *in l. 13. §. 1. D. de hered. petit.* legitur, quod hereat ipſis, & injunctus quaſi ſit titulus pro poſſeſſore. Unde etiam eſt, quod ex tali injuſto titulo poſſidentes non ſolùm cum prædonibus, furibus, raptoribus *in d. l. 13. pr.* quoad hereditat. petitionem comparentur; verùm etiam generale quoddam natum axioma ſit, quod parum aut nihil interſit, nullum omninò, h. e. injuſtum in ſe, quis habeat titulum, an verò aliquem, ſed vitioſum atq; injuſtum? Weſenb. *ad §. 1. I. de offic. jud.* Förſter *d. c. 8. n. 90.* Dn. Carpz. *p. 2. conſt 34. def. 7. n. 4.* Usque adeò, ut ſicut titulus aliquis, ad præſcriptionem rerum corporalium neceſſarius, ex poſſeſſione longi temporis non eſt præſumendus; juxta traditâ à Fachin. *lib. 8. controv. c. 30.* Ita etiam nec hujusmodi vitioſus tractu temporis reconvaleſcere queat, prout docet Förſter. *d. c. 8 n. 91.* Tertiò alii ſunt lucrativi, quibus ſcilicet mediantibus res ad aliquem pervenit ex merâ liberalitate, ſine aliquâ dandi aut faciendi neceſſitate; ut eſt donatio, legatum & ſimiles cauſæ, quæ *in l. unic. C. de impon. lucrat. deſcript.* alii verò onerosi, videlicet quibus mediantibus is, qui accipit, viciſſim aliquid dare aut facere adſtringitur; ut in emptione, venditione, permutatione, & ſimil. quibus Covarruvias denique addit mixtos, quando *p. 2. de matrim. §. 6. n. 18.* dicit; quod dos marito promiſſa nec deferatur verè gratia lucri, nec omninò ſequatur conditionem contractus oneroſi. quod ego in medio jam relinquo, vide Schneid. *ad d. pr. n. 35. & 36.* Oldendorp. *d. claſſ. 3. in introduct.* Quartò in coloratos ſeu verisimiles, qui non ſunt apertè nulli, ſed præ ſe ferunt aliquem colorem; & non coloratos, ſeu non verisimiles, qui non ſunt nulli apertè, vid. Ludov. Molin. *d tr. 2. diſp. 17. n. 4. Petr. Rebuff. tract. de pacif. poſſeſſ. n. 42. & ſeqq.*

& ſeqq. Atque hæc ſunt, quæ de titulis, propter inſignem eorum, quoad diverſa poſſeſſorum jura, uſum, paulò pluribus fuerunt proponenda. Quibus loco cujusdam coronidis ſubnecto tandem duos iſtos canones vulgatos. I. EADEM RES EX PLURIBUS CAUSIS SEU TITULIS POSSIDERI POTEST. *l.3.§.4 D. de acqu. vel am. poſſeſſ.* II. NEMO SIBI CAUSAM POSSESSIONIS SEU TITULUM MUTARE VALET, *d.l.3.§.19 l.33.§.1.D.de uſurp.& uſuc.l.2.§.1. D. pro hered.l.5.C.de adqu.& ret.poſſ.* Utrumque tamen non absque limitatione. Quandoquidem, prius quod attinet, procedere illud ajo, ſi cauſæ concurrunt utiles, non verò inutiles; per *l.4 C.de contrah.empt.* cum Dn. Bicc. *ad L.3 §.5. D. de adqu. vel am. poſſ membr.2 axiom.4.* Poſterius verò de Jure, non verò de facto *l.23.C.de locat.& conduct.* cum Hegen. *de poſſ lib.1.c.6.n.68.* Et tantum de cauſa efficiente propiori.

Theſ. IX. PROXIMA verò IPSA poſſeſſionis APPREHENSIO.

Utpotè quâ remotâ, uti poſſeſſio nulla acquiri; ita etiam nec poſſeſſor aliquis ipſo jure noſtro civili fieri unquā poteſt. *arg. rubr.& l.1.§.1.& 2.* ubi Cujac. *l.23.l.30. D.de adqu.vel am.poſſ.* vide Alciat. *ad d.l.1 quæſt.8* Gail. *2.obſ.152.n.9.* Andr. Clud. *lib.1.rer.quotid. c. 2. n. 2.* Usque adeò, ut ne quidem in heredem (etiamſi suus ſit) rerum hereditarium, aut in legatarium rei legatæ, aut in Fiſcum bonorum vacantium, aut in Eccleſiam deniq; ipſam, ac ſimiles, in quos Dominium, ipſo Jure, ex *d.l.23.pr.l 80.D.de leg. 2.l.14.D.de vectig.& commiſſ.l. 43. D. de Jur. fiſc.l.23.C.de SS. Eccleſ. l.54.C.de Epiſc.& Cler. &c.* tranſire conſtat; poſſeſſionem continuari, concludant meritò Cujac. *ad d.l.23.pr.* Tiraquell. *tract. le mort ſaiſit le viſ. 3. declarat. præfat n.5. & 6.* Weſenb. *in par. Dig. de adqu.vel.am.hered.n.2.& quor.bonor.n.7.* Gail. *d.lib.2.obſ.129.& 152. n.4* Anton. Fabr. *in ſuo Cod.lib.6.t.11.def.2. n. 9. & t.17.def. 20. n. 3.* Don. *7 comm.10.* Ejusq; Enucl. Hillig. *ibid, lit. C. & libr. 5. c. 8. k.* Treutl. *d.diſp.21.th.2.g.* Bachov *ibi & ad §. 2. Inſt. de hered. qual. & differ.* Clud. *d.c.2.n.57.& mult.ſeqq.* Græv. *l.2.concl.129.n. 2.* Berl. *p. 1.*

G 3 *concl,*

concl.21.n.29. Quanquam id cuivis, vel invito Giphan. *ad l.3.§.1. D.de adqu.vel am.poſſ.n.2.* ſit concedendum: poſſe nimirum lege aliquâ, ſtatuto, aut conſuetudine introduci, ut rei, præſertim vacuæ, poſſeſſio quædam civiliſſima (quam & artificialem Dd. appellant) ex ſolâ legis, vel ſtatuti &c. diſpoſitione, citra ullam apprehenſionem in aliquem tranſire, atque ea propter poſſeſſor aliquis fieri cenſeatur. Eam videlicet ob cauſam, quoniam modus adquirendi, & amittendi Jura poſſeſſionis, ſubjacet juri humano; quod varios ſtatuere modos poteſt; prout ſc. pro diverſitate rerum & provinciarum Reipublicæ magis ac magis videtur expedire, quemadmodum tradunt Leonh. Leſſius *de I. & I.l.2.c.3.dub 11.n.48* Tiraq.*d.tr.6.decl.præf.n.7.* Mynſ. *3.obſ.39.* Gail. *2.obſ.129.& 152.n.18.& de arreſt.c.12.n.ult.* Treutl. *d.th.2.g.* Clud.*d.l.c.3.n.13.& ſeqq.* Hillig *d.c.8.A* Græveus *d.concl.129.n.1.& n.20.* atq; teſtantur exempla celebris illius à Tiraquello peculiari tractatu enodati ſtatuti Mediolanenſis, nec non in totâ Franciâ & Belgio pariter atq; pleriſq; Italiæ, imò & in quibusdam ſuperioris Germaniæ (ſi Giph. d.l. creditur,) locis receptæ confirmatæq; conſuetudinis; le mort ſaiſit le vif. & de Doode erfft den Levenden; Der Tode erbt auff den Lebendigen ſc. die poſſeſſion. ut & L. illius Taur. in Regno Caſtellæ, cujus poteſtate poſſeſſio majoratus, & omnium ad jus primogeniti pertinentium, tranſit ad proximum cognatum, cui debetur, ſine ulla apprehenſione. Imprimis verò conſuetudinis illius Galliæ, quâ teſte Gail. *de arreſt.c.12.n.13.* receptum, ut ſi vaſallus in probatione jurium deficiat, aut catalogum rerum feudalium in petendâ renovatione inveſtituræ ſimul non exhibeat; ſtatim feudi poſſesſio ab eo avocetur, atq; in Dominum transferatur, de quibus omnibus poſt Tiraquell. *d.tr vid.* Cujac. *ad d.l.23.* Ant. Fabr. *d.l.lib.7 tit.22.def.5.* Clud.*d.c.3.n.6.* Gail. *d.c.12.n.13.usq; ad fin.* Cæterùm, ne & hac in parte notum ſatis, atq; in ipſa theſi præſuppoſitum quaſi principium, QUOD, per principium QUO, aut excluſiſſe aut ignoraſſe penitus nimiam *ἀκρίβειαν* fruſtra à nobis expectantibus videamur; cauſam efficientem uſurpavimus paulò LAXIUS, ſecuti nimirum & hoc in paſſu Weſenb. *in paratit.*

Dig.

Dig.de adqu.vel am.poſſ.n.4.& in libr 3.Cod.ubi de poſſeſſ.n.8. Nihil- que aliud per apprehenſionem poſſeſſionis intelligimus; quàm TOTUM ACTUM, QUO REM ALIQUAM FACULTATI SUÆ TENENDI TANQUAM PROPRIAM, SUBJICIT IS, QUI REI ISTIUS POSSESSOR VERUS VEL QUASI EST FUTURUS. Quocirca notandum (1) QUISNAM rem POTESTATI ſuæ tenendi tanquam propriam SUBJICERE POSSIT? (2) QUÆNAM SIT ILLA RES? & deniq; (3) QUISNAM MODUS? Ac iſtum quidem aliquem, qui agit, quod attinet; item quod- nam ſit agentis illius objectum? ſub theſ. proximè nempe ſe- quentia c.13.& 15.incidenter ſumus tractaturi. Igitur, ut id, quod reliquum eſt, expediatur heic; ſciendum apprehendendi mo- dos repertos eſſe varios, varieq; ab Interpretibus ab invicem di- ſtinctos. vid. Paul. de Caſtro *ad L.3.princ. D.de adqu. vel am.poſſ. n.2.* Schneid.*ad § poſſidere. I.de interdict.n.101.* Obrecht.*tr.method. de poſſeſſ.c.6.* Nobis alius erit VERUS, rerum ſcilicet corporalium, alius QUASI, rerum nempe incorporalium.confer. Schneid.*ad d. §.poſſidere, n.98.in fin.* Verus autem (ut Donelli *5.comment.9.*in- ſiſtam veſtigiis) alius NATURALIS, alius ADSCITITIUS; atq; hic vi- ciſſim vel PROPIOR naturali, vel aliquantisper ab eo remotior. Ac ut à verò primùm, & quidem in ſpecie naturali, tanquam o- mnium vetuſtiſſimo ordiar, eſt iſte nihil aliud quam occupa- tio, h.e. ipſius corporis apprehenſio. Donell. *d.l.* Bachov. *ad §. 12.I.de rer.diviſ n.2.* quæ vel mediata eſt, quæ ſit mediante re, quæ dominio noſtro jam eſt ſubjecta, & cui aliquid accedit, ita ut hoc, quod accedit, quaſi mediante illa re videamur occupare; & vel ſola operante naturâ, ut in alluvione, atq; fœturâ anima- lium, *§.19.& 20.ubi* Bachov. *d.t.* vel accedente hominis facto, ut patebit ex *th.ſeq.* confer Schneid. *d.l.n.102.* vel immediata, quæ ſit nullâ mediante re, ut quando rem mobilē loco movemus. *l.3. §.3 in fin.D.de adqu vel am.poſſ.* rem verò ſoli ingredimur *d.l.3.§.1.* Atque hæc occupatio immediata NECESSARIA eſt, in apprehen- dendis rebus, quæ ad nos perveniunt ſine traditione; ſive vacuæ ſint ante apprehenſionem, uti ſunt res nùllius. *l.1.§.1.l.3.§.3.D. de adqu.vel am.poſſ.* res hereditariæ. *l.23.D.t.&c.*; ſive fiant in apprehenſione ipsâ, uti ſunt, quæ in bello capiuntur, ac omnes

illæ,

illæ, quarum poſſeſſionem citra voluntatem earundem poſſeſſorum aliquis vult nanciſci. *l. 18 § fin. d. t.* vid. Schneid. *d. l. 99. & seqq.* Utilis autem in illis quoque quæ traduntur nobis, atque adeò perveniunt ad nos interveniente poſſeſſorum ſuorum conſenſu ac voluntate. *arg. §. 42. & 43 & 44. I. de rer. diviſ.* Donell. *d. c. 9.* Circa quod ipſum tamen, quod diximus, tenenda & illa rerum diſtinctio eſt, quâ aliæ perhibentur, mobiles aliæ immobiles. Quandoquidem, ut per occupationem hanc immediatam acquiratur poſſeſſio rei immobilis, quæ pervenit ad nos præcedente traditione; non neceſſe eſt, omnes v. gr. ædium partes aut fundi glebas circum ire, ſed ſufficit introire quamlibet, ut poſſideatur totus *d. l. 3 § 1.* Cum è contrario, quando nulla intervenit traditio, requiratur, ut termini conſtituantur materiales: ex quibus poſſit conſtare, quantam quis poſſeſſionem acquiſitam velit. Donell. *4. comm. 9.* Hiegen. *de poſſ. d. l. 1. c. 6. n. 28.* Quemadmodum etiam, quod de rebus immobilibus, mediante traditione ad nos pervenientibus, dictum, haudquaquam procedit, quando reliqua fundi pars ab aliquo tertio eſt occupata *l. 18. §. ult. D. d. t.* Duaren. *ad d. l. 3. §. 1.* Unde etiam adepturo Ducatum Comitatum &c. in quo plura oppida, plura caſtella, quæ diſtinctos habent fines, ut apprehendat omnia, conſulit Idem Duar. *cit. loc.* quoniam & res hereditariæ, ut acquiratur earum poſſeſſio apprehendendę ſunt omnes. teſte Gail. *2. obſ. 129. n. 6.* vide omnino Schneid. *ad d. §. poſſidere n. 101. & seqq. & ea quæ mox ſequentur.* Atque hæc dicta ſunto de apprehendēdi modo naturali. Porro, ut ad adſcititios, & quidem tum propiores naturali (qui prehenſionis vim habent, & naturâ ipsâ tantundem præſtant) tum remotiores (quando rei alicujus prehenſio vice hujus fungitur. Don. *loc. cit.*) deveniam; Primo inter præcipuos (neq; enim omnes enumerare inſtituti fert ratio) offert, ſe is, quo rei in conſpectu poſitæ & demonſtratæ vacuam poſſeſſionem ſibi traditam aliquis acceptat. *l. 1. § pen. l. 18. §. 2. D. de adqu. vel am. poſſ. l. 79. D. de ſolut.* vid. Donell. *c. 9.* Atque hoc modo, ſicut etiam ſequentibus apprehenditur poſſeſſio rei, quæ non ante traditionem vacat, aut eſt nullius; ſed aliena &

hucusq;

hucusque poſſeſſa. vid. Schnejd. *d. l. n. 115.* Secundò ſe offert clavium, ad res, quæ incluſæ ſunt, ipſi traditarum acceptatio. *d.l.1.§.pen.l.9.§.6 D.de adqu.rer.dom.* Don. *d.t.* etiamſi v.g. domus aut ciſta non fuerit in præſentia *arg. ll. modò alleg.* vid. Schneid. *d.l.n.113.* Tertio cuſtodis, rebus plerumque quæ propter magnitudinem vel naturam facilè moveri loco, ac tolli nequeunt, adpoſitio *l.51.D.de adqu.vel am poſſ.* Don. *ſæpè cit. loc. &* Schneid. *ad §.n.119.* Quartò rei alicujus v.g. arborum in nemore emptarum, vel porci, quem de grege quis emit, ſignatio *arg.l.1.l.14. D. de peric.& commod. rei vend.* adde Schneid. *d. l. n. 120.* Quintò Alterius, ut alter alterius iſtius nomine, ſe conſtituat poſſidere, vel tacitè *l.77.D.de rei vind l.28.C. de donat.* vel expreſſè *d.t. 18.* acceptatio ac permisſio. de quâ re Schneid. *ad multoties citat. §. poſſidere n,110.& infra ſuo loco.* Sexto rei apud ſe depoſitæ, aut ſibi commodatæ, locatæve, ſive juſta cauſa præceſſerit, ſive non, retentio §.*44.I.de rer.diviſ.l.67. D. de furt. & ſimil.* vide Cujac. *19. obſ.18.* Juſt. Mej. *C.A.lib 41 t.2,th.13.* & deniq; Septimò inſtrumenti v.g. donationis, emptionis, (quidni enim idem in causâ onerosâ, quod in lucrativâ, hactenus obtineat) &c. acceptio, *l.* 1. *C. de donat.* Don. *ſæpè alleg,c.9.* Juſtus Mejer *d. l.* licet res ipſa non ſit præſens. Schneid. *d.l.n.117.* Hillig. Don. Enucl. *d. c. 9. l. F. not.* vid. Dn. Carpzov. *p.2 conſt 33.def.15.* Et huc referenda conſuetudo illa Daciæ, qua donator Eccleſiæ vacuam fundi poſſeſſionem videtur tradidiſſe, impoſita unâ glebâ altari, aut traditâ in manum Epiſcopi, vel alterius Eccleſiæ prælati. teſte Cujac. *d. obſ.18.* Atque hæc de præcipuis quoque modis adſcititiis, ad quos reliqui, qui à DD. traduntur, crediderim facilè poſſe referri; dicta ſufficiant. Poſteaquam addidero quid habendum ſit, de quæſtione illa: An apprehenſione unius, aliæ res inſimul intelligantur apprehenſæ? Nimirum diſtingvendum eſt inter corpora unita, connexa atq; disjuncta. Et quoad priora duo reſpondendum affirmativè, *per l.30 pr. & §. 1. D. de uſurp. & uſuc.* negativè verò quoad poſterius. *per d.l.30.§.2.* Ac ita quidem, ut hoc ipſum quoque *per l. 8. §, ult. junct. l. ſeq. quemadm. ſervitus amitt. l.1.§.fin. D. de offic. ej. cui mand. eſt jurisd.* obtinere exiſtimem,

D cum

cum Cujac *ad d.l.3.in pr.D.de adq.vel am.poſſ.* (adde Schneid. *d.l. n.105.*) in apprehenſione rerum incorporalium; de quibus quam paucisſimis nunc eſt videndum. De quarum poſſesſione apprehendenda ut paucis quoque videamus, adhuc reſtat. Qua de causâ tenendum; quod res incorporales, ſeu jura apprehendantur vel MEDIATE, quando rei corporali acquirendæ cohærent; quoniam apprehensâ re corporali v. g. ædibus, ſimul quoque acquiſita cenſetur poſſesſio ſervitutum, quæ ædibus debentur; & apprehenſo caſtro ſimul quoq; apprehenſa poſſesſio omnium pertinentiarum, etiam antequam exerceantur. P.F. Mindan. *de mat.poſſ.c.11.n.16.* Gail. *2.obſ.129.n.7.* Clud. *c. 6.rer.quotid.n.82.* vel IMMEDIATE, ſcilicet ſine re aliquâ corporali, (1) cum in rem; in quâ Jus vel ſervitus conſtituenda nobis eſt, inducimur *arg l.3 pr.de uſufr.vid.* Molin. *d tract.2.diſp.14.n.1.* (2) cum iis, tanquam juribus noſtris, utimur; ſeu exercemus actus poſſesſorios congruos, quibus jura apprehendenda alias repræſentantur. Qualis actus in juribus negativis, & rebus meræ facultatis eſt v.g. prohibitio, ne altius vicinus aliquis tollat, & cui is acquieſcit. Schneid. *d l.n.125.& 126.* Lud. Molin. *d.tr.diſp.70. n.6.* & poſt eum Dn. D. Han. & G.P. Brunner *de Jur.poſſeſſ.th.15.* in affirmativis verò ut v.g. in ſervitutibus, uſus paſcendi, eundi; In jure eligendi actus electionis, in exercenda jurisdictione, ſesſio pro tribunali, cauſarumq; cognitionis inſtitutio; ac meri deniq; Imperii, patibuli erectio, & actus ſimiles. Quorum differentia cum abs ſe incurrat oculos ac verberent ſponte, non eſt, ut anxiè de eorundem diviſione laboremus. Quocirca ut claudatur hæc theſis, id ſub calcem ejus inveſtigandum eſt: quot actus requirantur, ad adquirendam ejusmodi jurium quaſi poſſesſionem? Verum enim verò, ut ſtemus promisſis; diſtinguendum breviter eſt, inter JURA NEGATIVA AC AFFIRMATIVA; dicendumque cum Schneid. quòd in juribus negativis, ut & affirmativis, quæ non ſolent concedi de facili ratione amicitiæ, vel naturalis facultatis; ſufficiat ACTUS UNICUS, in quo quis acquievit; In juribus verò affirmativis, in quibus poteſt eſſe uſus per modum amicitiæ, vel cujusdam naturalis facultatis, &

quæ

quæ conſiſtunt in actu meræ facultatis, à Jure N. & G. conceſſæ, requirantur PLURES CONTINUATI, pro arbitrio prudentis judicis; cui hoc ipſum meritò putamus relinquendum, cum eodem Schneidw. *d.l.n.127.* Dn. D. Han & G. P. Brunner *d.th.15.*

Theſ. X. MINUS porrò PRINCIPALIS, ſeu Inſtrumentalis, CORPUS & ANIMUS, & utrumq; vel NOSTRUM vel ALIENUM.

Quandoquidem corpore & animo adipiſcimur poſſeſſionem, poſſeſſoresq; conſtituimur; non per ſe animo, aut per ſe corpore, *l.3 §.1 l.8.D.de adq.vel am.poſſ.l.152.D.de reg.jur.* Weſenb. *in parat.Dig.de adqu.vel am.poſſ.n.4.& in comm.in lib.3. Cod. ubi de poſſ.n.8.* Donell.*5.comm.8.* P. F. Mindan. *de mat.poſſ.c.11.n.12.* Atque hinc eſt, quod acquirere poſſeſſionem nequeat per ſe furioſus, ne quidem accedente tutoris autoritate, *l.1.§.3.D. d. t. arg. l.5.D.de R.I.* infans ejus ætatis, ut non capiat, intellectum, ſine autoritate tutoris *d.l.1.§.3.l.32.§.2.D.d.t.* dormiens *d.l.1.§.3.* ſummè ebrius, propter identitatem rationis, item ſciens theſaurum in fundo reconditum, neque tamen eundem loco movens *d.l.3. §.2.* & hereditas *l.1.§.15.D.ſi quis teſtam.lib.* quippe qui omnes alterutrum neceſſariorum ad acquirendam poſſeſſionem inſtrumentorum legitimorum, aut non adhibent, aut adhibere non poſſunt. Atque hoc ipſum puto quoque procedere in apprehenſione poſſeſſionis rerum incorporalium, per tradita ſupra theſ. proximâ ſub fin. Cæterùm diximus in alterâ theſ. parte, quod apprehenſionis inſtrumentum ſit animus & corpus, & quidem utrumque horum vel noſtrum, vel alienum. Quoniam adipiſcimur poſſeſſionem non ſolùm per noſmet ipſos, *d.l.1,§.2.* verùm etiam per alios; *d. l. 1. §. 5. & 20.l.9.D.d.t.* Notandum tamen circa verb. UTRUMQUE eſt, quod aliter comparatus eſſe debeat animus poſſeſſionem adepturi proprius, aliter alienus; Ita nimirum, ut proprius, conjunctus non modo ſit

D 2 poſſ-

58.

cum poſſidendi intellectu *d. l. 1. §. 9. de adqu. vel am. poſſ.* verum etiam deſtinatione rem habendi tanquam ſuam; *l. 32. pr. D. de uſuc. & uſurp. l. 67. D. de furt.* Alienus verò cum intellectu poſſidendi; *d. l. 1. §. 9* propoſito acquirendi poſſeſſionem alii, *d. l. 1 §. 20. l. 18 D. de acqu. vel am. poſſ.* & denique ejus, cui adquiri poſſeſſio debet, voluntate, ſi non ſpeciali, attamen ad minimum generali, vide Treutl. *d. diſp. 21. th. 3. B.* ibiq; Bachov. Donell. *5. comment. 8. & 10.* Porrò efficitur aliquis poſſeſſor animo ac corpore PROPRIO, quando acquiſiturus poſſeſſionem apprehendit ipſe; ALIENO autem, quando eius nomine alius. Atque hoc faciunt, aut qui in noſtrâ poteſtate ſunt, dominicâ, ſcilicet, vel patriâ, aut extra eam. In poteſtate igitur noſtrâ & quidem dominica ſunt, aut eſſe ſaltem creduntur, (1) SERVI NOSTRI, & vel tantum. *d. l. 1. §. 5. D. de acqu. vel am. poſſ.* vel communes cum aliis; *d. l. 1. § 7.* qui, niſi id agant, ut poſſeſſionem acquirant uni in ſolidum, acquirunt cuilibet dominorum pro portione. Schneidw. *d. l. n. 141.* (2) alieni quos bona fide poſſidemus *d. l. 1. §. 6. §. 4. l. per quas perſ. cuiq; acq.* (3) LIBERI HOMINES qui poſſidentur à nobis tanquam ſervi *d. §. 4.* Atque hi acquirunt nobis poſſeſſionem earum ſaltem rerum, quæ perveniunt ad eos vel ex re noſtra, vel ſuis operibus. Cæterùm procedunt hæc, etiamſi hi ſint in fugâ, *d. l. 1. §. 14. l. 50. §. 1. D. d. t.* aut de ſtatu ipſorum ſit controverſia, ordinatumque judicium liberale, *l. 25. §. 2. D. de lib. cauſ.* quemadmodum è contrario fallunt, quando ſervus aliquis fugitivus ab alio eſt occupatus, aut gerit ſe pro libero, diuque in libertate moratus paratus eſt pati liberale judicium *d. l. 1. §. 14. l. 3. §. 10. arg. l. 50. §. 1. D. d. t. l. 15. §. 1. D. de uſurp. & uſuc.* ut & quando ſervus hereditarius rem apprehendit ejusdem hereditatis; utpote cujus poſſeſſionem heredi, ne quidem hereditate jam aditâ acquirere poteſt. *l. 1 §. 16. l. 38. § 2. D. de adqu. vel am. poſſ. l. 18. de adqu. rer. Dom.* vid. Cujac. *24. obſ. 10.* Bachov. *ad* Treutl. *d. diſp. 21. th. 3. lit. C.* Hactenus verò nihil intereſt, maſculini illi ſexus ſint, an ſequioris, puta ancillæ; *d. l. 1. §. 12.* puberes, an impuberes; *d. l. 1. §. 11.* modò eo ſint animo, ut vel expreſſè *d. l. 1. §. 19.* vel tacitè (quod in dubio præſumendum volunt Paul. de Caſtro *ad d. §. 19. n. 1.* Bachov. *ad* Treutler. *d. theſ. 3. l. c. pag. 289.*)

289.) poſſeſſionem nobis acquiri velint; aut concurrat ſaltem animus tradentis, qui hoc intendit, ut id, quod traditur, Domino alicujus ſervi acquiratur. Paul. de Caſtro *d.l.* Schneid. *d. l.n 142.* Et hæc de iis qui ſub poteſtate ſunt dominorum; quæ ideò placuit proponere pluribus; quoniam uſus eorum haud exiguus adhuc hodie apparet, in acquirendâ poſſeſſione Monaſteriis, per apprehenſionem Monachorum, prout videre eſt apud Schneid. *d.l.n.140.& ſeq.* Anton. Fab. *in Cod.l 6.t. 20. def. 26. n.3.* Porrò ſub poteſtate patria ſunt FILII NONDUM EMANCIPATI. Atque hi quidem, ſi jura antiqua ſpectemus, acquirunt Patri poſſeſſionem omnium, quæcunq; tandem, undecunque ad ipſos perveniunt; exceptis peculiis caſtrenſibus *§. 1. & ibi* Theoph. *l.per quas perſon.cuiq; acquir.l 6.C.de bon. quæ lib.* hodie verò eorum tantùm, quæ obveniunt ipſis ex re atque occaſione patris, poſſeſſionem VERAM, reliquorum autem poſſesſionem, quæ dicitur QUASI *d.§.1.l.6.C.de bon quæ lib.vid.l.7.8. d.t.* Schneid. *ad d.§.1.per quas perſ.cuiq; acqu.n.11. & d. §.poſſidere n. 139.* Porrò procedit hoc non ſolùm in familiarum filiis, verum & filiabus, *d.§.4.* ſive ex juſtis nuptiis procreati procreatævè ſint, *princ. I. de patr.poteſt.* ſive adoptati, adoptatæq;; *pr. I. de adoption.* juxta tamen diſtinctionem §.*2.§ 3.&c.I.d.t.* ſive primi gradus ſint, ſive ulterioris, §.*ult.I.d.t l 220* §. *ult. D. de V. S.* ſive in familià noſtrâ exiſtant, ſive ab alio tanquam ſervi posſideantur *l.4. D. de adqu. vel am.poſſ* Sive conſtet nobis eos, easve in poteſtate noſtra eſſe, ſive ignoremus; *d.l 4.* modò reverà in noſtrâ ſint poteſtate, nec per errorem ſolùm exiſtimentur. *l.50.pr.D.d.t.l.44.pr. D. de adqu.rer.dom.* Atque quod hi, qui in poteſtate noſtra ſunt, nobis eo, uti dictum, modo poſſesſionem acquirant, cauſa ac fundamentum eſt; & quidem quoad priores, poteſtas dominica, & poſſesſio *d.§.1.I.per quas perſon cuiq; acqu.* quoad poſteriores verò patria poteſtas tantùm *d.§.1.d,l 1.§.8. de adqu. vel amitt. poſſeſſ.* Schneid. *ad d.* §. posſidere *n. 139.* EXTRA POTESTATEM verò qui conſtituti ſunt vel SERVI ſunt, vel LIBERI. Et SERVI quidem ALIENI, in quibus habemus USUMFRUCTUM, utpote qui, quicquid ex re noſtra acquirunt, nobis acquirunt tam ratione poſſesſionis,

D 3 quam

quam dominii ipſius. *d* §.*4. d.l.1.§.8.* Fitq; hoc propter jus uſusfructus nobis in iis conſtituti, vide Bachov. *ad d.* §. *4.n.1.& ſeq.* quod quia deficit in reliquis, v.g. mala fide poſſeſſis; & corporaliter pignori datis; meritò etiam deficit jus ipſum, & acquiſitio poſſeſſionis, *d.l.1.§ 6.&* §.*15.ibiq;* Giphan.*n.45.& 66.* confer *l.32.*§.*2.d.t.* LIBERI autem, reliqui extranei omnes, *l.20.* §.*fin. D. de adqu. rer. dom.* Quoniam, quod naturaliter acquiritur, ſicuti eſt poſſeſſio, per quemlibet volentibus nobis poſſidere acquirimus. Pertinent autem præcipuè huc (1) Is, qui rem aliquam certam, quam ipſe reverà poſſidet, nobis volẽtibus, aut re adhuc integra rati habentibus, conſtituit poſſidere noſtro nomine.*l.18.pr.D.de adqu.vel am poſſ.l.1.C. de adqu.& retin. poſſ.* vid. Schneid.*ad d.*§.*poſſidere n.110.*Don.*5.comm.10.ibiq;* Hillig.*L.A.*Gilken.*de uſuc.p.2. mẽbr.3.c.7.n.2.* Clud.*rer.quotid.c.3.n.34.*Bachov.*ad* Treutl.*d.th.3.f.*(2)TUTORES & CURATORES,*d.l.1.*§.*20.*Don.*d.c.8.& c.10.& ibi* Hillig.*l.A.* & deniq; (3) PROCURATORES, §*fin.I. per quas perſon.cuiq; acqu.d l.1.*§.*20.l.42.*§.*1.l.49.*§.*ult.D.de adqu.vel am.poſſ. l.41.l.47.D.de uſuc.l.13. D.de donat.l 13.D.de acqu.rer.dom.* nec intereſſe putamus generales illi ſint, an ſpeciales; modo noſtro nomine ipſis res tradita ſit, eamque noſtro, mente apertâ, apprehendant nomine, per *ll.modo citat.* confer Treutl. *& ad eundem* Bachov. *d.th.3.lit.F.* Donell. *d.c.10.* Hegen. *de poſſ.c.6.n.33.* adde Cujac. *ad d.l.1.*§.*20.de adqu.vel am poſſ.* Cæterùm ut & huic theſi ultima imponatur manus; reſpondendum quàm pauciſſimis ad illam quæſtionem eſt; an & quando alicui quæratur poſſeſſio ſcienti; & quando ignoranti? Nimirum, quod IGNORANTIBUS quæratur; (1) Domino; etiam furioſo atque infanti, à ſervo, ex causâ peculiari, *d.l.1.§.5.l.34.*§. *2.* adde Hegen, *d. c. 6. n. 46.* (2) Patri à filio ex eadem causâ *l.1.* §.*5.* § *4.I.per quas perſon. cui acqu.* modò hic pariter, atque ille rem non acquirat quomodocunque corporaliter, ſed juſtè, *l.24. D. de adqu. vel am. poſſ.* vid. Hegen.*d.c.6 n.44.* (3) Furioſo atque pupillo à Tutoribus & Curatoribus,*d.l.1.*§.*20 junct.*§.*5.l.27.D.de adminiſtr.& peric.tut.l.3.C.de adqu.& ret.poſſ.* Don.*d.c 8.* & denique (3) Domino à procuratore *l.34.*§.*1.l.49.*§.*2.D.de adqu.vel am.poſſ.l.47.D.de uſurp.& uſucap.*

l.1.C.

l.1.C.de adqu.& ret.poſſ.adde d.l.44 §.1. Cujac. *cit.loc.* Hegen *d.c.6. n 33.* ALIAS VERO NON NISI SCIENTIBUS; confer Dn. D. Han & G. P. Brunner *de jur.poſſeſſ.d.th.11.*

Theſ. XI. Quemadmodum FINIS pro varia poſſeſſorum intentione eſt VARIUS.

Enimverò, quandoquidem FINEM hoc loco intelligimus EUM cujus GRATIA poſſesſionem QUIS eſt ADEPTURUS, deſideratque POSSESSOR rei cujusdam FIERI, unius generis eſſe is non poteſt, ſed locum ipſius obtinent tum poſſesſionis ac poſſeſſorum commoda reliqua; tùm verò & quidem præcipuè REI usus, vel TANTÙM, vel DOMINIUM inſuper AUT CONDITIO USUCAPIENDI: prout de ſingulis ſingulatim pro inſtituti ratione ſuo loco ſumus dicturi. TANTUM IGITUR DE CAUSIS EXTERNIS, QUAS INSEQUUNTUR NUNC INTERNÆ, MATERIA SCIL. ET FORMA.

Theſ. XII. Materia ALIA perhibetur IN QUA, ſeu SUBJECTUM, ALIA CIRCA QUAM, ſeu OBJECTUM.

Theſ. XIII. SUBJECTUM igitur POSSESSORIS eſt PERSONA NON PROHIBITA pro ſuo POSSIDERE.

Nimirum vel NATURA vel LEGE. Ac NATURA quidem prohibentur omnes ii, quibus ita deeſt animus & affectio posſidendi, ut habere illam, utcunque velint, non posſint. Quandoquidem poſſesſio & animo & corpore acquiritur; per tradita ſupr. th. præced. & animo & corpore, vel animo tantum retinetur; per tradenda infr. th. 15. quem certè animum habere nequit, qui intellectu eſt deſtitutus; vide Obrecht. *de mat.poſſ.th.* 284. Quæ

284. Quæ cum ita ſint, ſubjectum poſſeſſoris habile, naturam ſi ſpectes, nequit eſſe (1) Furiosus perpetuò furore & mentis agitatione vitam agens, nec habens intervalla *arg.§.1.Inſt.quib.non eſt permiſſ fac.teſt.l.2.C.de contrah.empt.d l.1.§.3.l.40.D.de R.I.* (2) Infans ejus ætatis ut non capiat intellectum *arg.l.1.§.3.D.de adqu.vel am.poſſ.* etiamſi corpore ſuo rem contingat *d.l.1.§.3.* Nam quod dicitur, quòd furioſo acquiratur poſſeſſio per curatorem; *d.l.1.§.20.* quod adeptam ante furorem poſſeſſionem retineat; *l.27.D.d.t.* quod infans nondum intelligens, autoritate tutoris poſſeſſionem acquirat, *d.l.1.§.5.* nec rurſus amittat; *l.29.D.d.t.* non ex naturâ poſſeſſionis eſt; Verum ex benignâ Juris interpretatione, ne afflictio addatur afflicto, nec languor ſive morbus animi, aut judicii infirmitas afferat quoque damnum in bonis, *l.44.§ 6.D.de uſurp.& uſuc.* Giphan. *ad d.l.27.n.2.& 3.& ad d.l.29.n.3.* confer Obrecht. *d l.c.10 th.360.& ſeqq.* Porrò lege (civili puta) prohibentur, qui animum quidem poſſidendi naturaliter habere poſſunt; ne tamen tali animo poſſeſſionem Jure Civili ſibi acquirere cenſeantur, certas ob cauſas eſt conſtitutum Dn. D. Han & G. P. Brunner *de jur. poſſ.th.20.* Atque horum aliqui prohibentur ſimpliciter, aliqui verò certo modo. Et ſimpliciter quidem prohibentur (1) Servi, nam ut taceam, quod ſuum habere jure Civili nihil poſſint, *l.10 §.1.de adqu.rer. dom.* poſſidere vel ideò nequeunt, quia ipſi poſſidentur ab aliis *d.l.1.§.6.* quales poſſeſſionis non ſunt capaces *l.23.§.3.D.d.t.l.54. § 4.D.de adqu.rer.Dom.l.118.D.de R.I.* Atque hoc procedit ſive ſervi reverâ ſint, *d.ll.* atque in libertate inſuper morentur *l.31.§.2.D.de uſurp.& uſucap.*; Sive liberi homines in ſervitute duntaxat exiſtentes. *§ 4.I.per quas perſon.cuiq; acqu.* adde quæ dicta ſunt *ſupr.th.præced.* (2) Deportati in inſulam *arg.§.1.ubi* Schneid. *I.quib.mod Jus patr.poteſt.ſolv.l.8.C.de pœn.* (3) Banniti, quoniam & hi quoque omnia bona amittunt, & civiliter mortui ſunt, Gail. *2.obſ.86 n.10 & de pac.publ.tit.2.c.12.n.1.* Schneid. *ad d.§.1 I quib.mod jus patr.pot.ſolv.n.11.& ſeqq.* (4) Captivi, quia ab aliis poſſidentur, *d.l.23.§.1.D.de acqu.vel am.poſſ* Secundùm quid verò Filiusfamilias, quoad peculium profectitium &

ſuo

ſuo etiam modò adventitium, utpote quorum poſſeſſionem partim veram partim quaſi acquirit patri per LL. & rat. th. præced. cit. Atque ex his patet, quod præter has perſonas Jure Civili poſſidere rectè poſſint omnes liberi homines, etiam PUPILLI per *l. 32. pr. & §. 2.* quibus adde *LL paulò ante cit.* PRODIGI *arg l 5 D. de adqu. vel am hered. arg l 6. D. de verbor. oblig.* MUNICIPES, *l. 2. D. de adquir. vel amitt. poſſ.* Imò & IPSI FURIOSI. *ſecund. d. l. 27. D. d. t. vid.* Dn. D. Hall *de jur. poſſ. d. th. 10.*

Theſ. XIV. OBJECTUM verò, RES QUÆCUNQUE, CERTÆ tamen ac VACUÆ.

Dixi RES QUÆCUNQUE, ſcilicet ut comprehenderem res, Primò COMMUNES, quæ naturâ proditæ in nullius adhuc dominium pervenerunt, ut feræ beſtiæ, volucres, piſces. *l. 1. §. 1. D. d. t. h l. §. 1. l. 2. l 3 in pr. D. de adq. rer. dom.* item inſula in mari nata *§. 22 I. de rer. diviſ.* Sed num huc quoq; pertineat mare ipſum, id eſt, de quo Dd. inter ſe concertant. At enimverò cum in utramque partem extent ſcripta doctiſſimorum virorum, Hug. nempe Grotii, de mari libero, & Joh. Selden. de mar. clauſ. meritò ego ſuſpendo judicium. Quid tamen ex Grotio & Seldeno pro & contra afferri poſſit? exercitii gratia in conflictu videbimus. vid. interim Heig *p. 2. q. 40. n. 54. 152. & 157.* Franzk. *exerc. 4. q. 1.* Secundò PRIVATAS & ſingulorum *§. 11. & ſeqq. I. de rer. diviſ.* ſive corporales ſint, atq; poſſidere dicātur propriè *d. l. 3 pr. D. de adqu vel am. poſſ.* ſive incorporales, atq; dicantur posſideri quaſi; ſive immobiles, ſive mobiles; ſive unitæ deniq;, ſive connexæ; ſive diſtinctæ. Tertiò RES EXTRA COMMERCIUM aliàs EXISTENTES, quales ſunt res ſacræ, ſanctæ, liber homo &c. Nam quod aliqui in explicando poſſeſſoris objecto, adjiciunt ut res poſſidenda ſit in commercio; id locum tantùm habet in poſſeſſore juſto, uti infra ſuo loco dicetur. Quandoquidem, ſi ipſum poſſidendi factum & poſſeſſorem, uti heic, conſideramus in genere, nihil ſanè obſtat,

ſtat, quo minus & iis cum affectione tanquam propriis aliquis inſiſtere queat. Ut taceam, quod certi quoque dentur caſus, quibus poſſeſſio earum optimo jure à quolibet acquiri poteſt, prout ſimiliter infr. annotabo. confer Bachov. *ad Treutl. d. diſp. 21. th 2. l. A.* Hegenit. *de poſſeſſ d. l. 1. c. 5. n. 4. & 5.* Cæterùm tanquam neceſſarium uniuscujusque poſſeſſoris, ſive pro ſuo ſive pro alieno, objecti requiſitum adjiciendum putavi, ut res ſit CERTA, cum Treutl. *d. th 2. l. C.* & ita quidem, ut ſciatur non tantùm quod ſit, v. gr. quod aliqua pars fundi Tuſculani ad Titium pertineat; verum etiam, qualis & quanta ſit, idq; appareat vel ex circumſtantiæ loci, ſi ſcil. Titius fundum Tuſculanum cum Sejo poſſidet pro diviſo, vel ex quota ſi pro indiviſo, v. gr. pro parte dimidia, tertia, quarta, *per l. 3. §. 2 l. 26. D. de adqu. vel am. poſſ.* vide Bachov. *ad Treutl. d. th. 3. l. C.* Borcholt. *ad d. t. c. 5. n. 6. & ſeqq.* Deinde VACUA, quoniam plures unam eandemque rem inſolidum poſſidere nequeunt, eò quod contra naturam ſit, ut quod ego teneam, tu quoq; tenere videaris *d. l. 3 §. 5. D. d. t.* quod quomodo intelligendum ſit, in conflictu fortè apparebit, vide interim Dn. Bicc. *ad d. l. 3. §. 5. membr. 1.* & Bachov. *ad Treutl. d. th. 3.* Cæterùm res vacuæ quædam ſunt ante apprehenſionem, ut ſunt res communes, de quibus ſuprà dictum; quædam fiunt in apprehenſione, ut, quando, poſſidens apprehendenti tradit; aut apprehendens poſſidentem dejicit; & quædam denique poſt apprehenſionem, ut quando ingreſſo prædone poſſesſionem corpore vacantem, animo posſidens hoc reſciſcens posſidendi animum omittit; vel quia non eſt admiſſus, vel quia majorem vim veretur, de cujus diſtinctionis effectu vide Obrecht. *tract. method. de poſſeſſ. c. 8. th. 323.* Dn. D. Man *d. th. 12.*

Theſ. XV. FORMA autem vel ESSENTIALIS eſt, vel ACCIDENTALIS.

Theſ. XVI. Eſſentialis verò iterum vel INTERNA vel EXTERNA.

Theſ. XVII.

Theſ. XVII. Forma itaq; POSSESSORIS NOSTRI Interna ESSENTIALIS conſiſtit in IPSO ANIMO POSSIDENDI PRO SVO.

Hoc eſt, animo domini, ſeu dominantis, Theoph. *in §. 4. I. per quas perſon. cuiq; acqu junct. §. 1. I quib. mod. toll. oblig.* Donell. *lib. 5. comment c. 6.* Hegenit. *de poſſ. lib. 1. c. 1. n. 11. & ſeqq.* Neq; verò pro ſuo poſſidere tantùm denotat (1) STRICTIUS, poſſidere ex cauſa onerosa *l. 5 in fin. D. de uſurp. & uſuc. vel* (2) STRICTE, poſſidere ex cauſa aliqua acquirendi naturali *l. 3. §. 21. D. de adqu. vel am. poſſ. l. 2. D. pro ſuo* vel (3) LATE, poſſidere ex titulo aliquo translativo ſive vero, ſive putativo, aut præſumpto; *l. 1. pr. junct. l. 3. l. 4. §. 2. D. pro ſuo.* ſed etiam LATIUS, & quaſi per excellentiam poſſidere aliquid tanquam proprium, teſte Pomponio *in l. 67. D. de furt.* vid. Zaſ. *in l. 3. §. 4. D. de adqu. vel am. poſſ. n 5.* & Dn. D. Han & G. P. Brunnern *de jur. poſſ th 13.* Hegen. *d. poſſ. lib. 1. c. 1. n. 16. & 19.* & de ACCEPTIONE hujus phraſ. LATISSIMA. *c. 9. n. 6.* Diciturq; hic animus aliàs etiam affectio, *l. 1. §. 3.* affectus *l. 3. §. 3.* propoſitum *l. 46. D. de adqu. vel am. poſſ.* deſtinatio *d. l. 67.* TENENDI, HABENDI, POSSIDENDI, POSSIDENTIS SIBI. Sumitur enim & hæc phraſis poſſidere SIBI non LATE ſolùm, & prout competit etiam poſſidentibus pro alieno & ita animo domini penitus deſtitutis; *vid. l. 5. §. 2. D. ut in poſſeſſ. leg. ſerv. cauſ. &c.* verum etiam STRICTE pro poſſidere pro ſuo. *l. 47. D. de adquir. vel am. poſſeſſ. l. 2. C. de præſcrip.* 30. vel 40. annor. ubi Cujac. Porrò animum heic conſideramus, (1) non prout notat poſſidendi modum, uti theſ. ſequenti, ſed prout eſt ESSENTIALIS; (2) non ut eſt ſemper ACTUALIS; ſed etiam ut HABITUALIS, prout eſt in poſſeſſore dormiente; Dn. D. Han *d. th. 13.* ac proprius eſt (1) ei qui poſſidet rem tanquam ſuam, ita, ut ſciat ac certus eſſe poſſit, ſe ejus eſſe Dominum, (2) ei qui non quidem certus eſt, ſed tamen juſta ex cauſa id opinatur, & deniq; (3) qui ſcit ac certus eſt, ſe dominum eſſe,

 ea ta-

eâ tamen eſt mente, ut velit ſe pro domino gerere, *vid l.32. pr. D.de uſurp.& uſuc.d.l 67 D.de furt.d.l.1.D.de præſcript.30.vel 40. annor.*& ibi Cuj.Atq; hinc patet,quod hic ipſe animus *ſupr.th.4.* rectè collocatus ſit loco ſpecificæ differentiæ; quoniã nec creditor, nec uſufructuarius,nec conductor, nec commodatarius, nec depoſitarius quâ tales, eadem posſident mente;utpote qui & ſciunt ſe non eſſe dominos; nec volunt etiam tanquam dominos ſe gerere. Cæterum id commune cum omnium poſſeſſorum animo hic noſter habeat, neceſſe eſt; ut ſcilicet ſit CERTUS, CONSTANS, ac MINIME DUBIUS; quandoquidem is qui dubitat, affectionem ergà rem habere non videtur, quia uti ignorantia omnem affectionem tollit; ita incertitudo impedit eam. Atque hinc eſt, quod & antea dixi; quod non posſideat theſaurum, qui in fundo eum abſconditum ignorat; *l.3.§3. D. de adqu. vel am.poſſ.* nec fundum Cornelianum, putans ſe miſſum in Sempronianum; *l.34.D.d.t.* prout pluribus tradit Obrecht. *d.l.c,7.th. 289. & ſeqq.*quibus adde,quæ dixi theſ. præced. de re incerta.Et hæc; quæ huc usq; de forma poſſeſſoris rerum corporalium propoſui,dicta quoq; ſunto de POSSESSORE RERUM INCORPORALIUM; utpote cujus ANIMUS JURE ALIQUO tanquam SUO UTENDI, ad eundem modum comparatus eſſe debet; prout pluribus infr. ſuo loco dicetur.

Theſ. XVIII. EXTERNA verò ut POSSESSOR inſiſtat rei vel CORPORE & ANIMO SIMUL, vel ANIMO TANTUM.

Sub intellige ANIMO, IN EA DOMINANDI. Utpote quibus rationibus, uti poſſesſio, ex qua poſſeſſor aliquis eſt, ac dicitur in genere; Vultej. 1 Jurisprud. Rom. c. 67. verſ. porrò ex poſſeſſione &c. ita etiam hæc poſſeſſoris noſtri retinètur. Ac prius quidem quod attinet, dubitari de ẽo non poteſt. Si enim corpore & animo ſimul poſſesſio de novo acquiritur, uti ſuprà

th. 10. dictum eſt; multò magis etiam ita retinetur, cum facilius aliquid retineatur, quam acquiratur. Schneid. *ad §. poſſidere J. de interd. n. 153.* poſterius verò probatur per textus expreſſos *in l. 3. §. 7. & 10. l. 6. § 1. l 25. §. 2. l. 30. §. 5. D. de adqu. vel am. poſſ. l. 3. C. de adqu. & retin. poſſ.* Eſtq; rei iſtius ratio, tùm, quæ modo dicta eſt, tùm verò ea, quoniam ſicut facile eſt, corpore & animo ſimul, & quaſi uno momento rem acquirere, ita difficile & moleſtum eſſet uni rei, impoſſibilè verò pluribus rebus, per ſingula horarum momenta inſiſtere & illarum poſſeſſionem corpore & animo ſimul retinere, ſeu quod idem eſſe puto cum Menoch. *in prælud. remed. retin. poſſ. n. 14.* Hegen. *lib. 1. de poſſ. c. 7. n. 2.* conſervare, vid. Weſenb *in par. n 6. Treutl. d. diſp. 21. th. 4. a. b.* Obrecht. *tract. method. de poſſ. c. 14. th. 527.* Porrò duo præcipuè circa hanc propoſitionem explicatione indigent; I. QUID SIT REI ALICUI INSISTERE CORPORE ET ANIMO ſimul, II. QUID ANIMO TANTÙM. Igitur primum quod refert; intelligitur heic nihil aliud, quam CORPORALIS ET ACTUALIS in aliqua re INSISTENTIA *l. 1. pr. D. de adqu. vel am poſſeſſ.* cum animo eandem pro ſuo habendi conjuncta. Obrecht. *d. l. th. 529.* Quod verô ſecundum, ſciendum eſt; quod animo ſolùm poſſidere accipiatur dupliciter, primo quatenus opponitur tantùm CORPORALI APPREHENSIONI, IN ACTU SECUNDO, non excluſa facultate, rem ipſam v. g. corpore apprehendendi, prout ita accipitur *in LL. paulò ante citat. & l. 44. §. ult. l. 46. D. d. t.* nec non regulariter in toto jure noſtro Civili; cujus nobis ſub hac diſputatione tam quoad retentionem, quam quoad acquiſitionem poſſeſſionis principaliter eſt cura. Deinde verò quatenus non tantùm opponitur actuali apprehenſioni prout dictum modo eſt, ſed ETIAM FACULTATI REM CONTINGENDI, excluſo penitus actu primo; quemadmodum ita accipitur in caſibus quibusdam, imò fermè unico tantum, jure ſingulari recepto. vide Bachov. *ad Treutl. d. l.* Hegen. *de poſſ. d. c. 6. n. 3. & ſeqq.* Ut igitur res clarior fiat exemplis, ſciendum quod priori modo animo tantum poſſideant omnes ii, qui, licet corpore v. gr. non ſint in fundo, quandocunque tamen volunt, naturalem, h. e. corporalem, ejus poſſeſſionem nanciſci poſſunt. Quod

ipſum tamen iterum cum grano ſalis eſt accipiendum: Nimirum ut 1. ſubintelligatur; Niſi ſcilicet quis forſan impediatur juſta ac rationabili de cauſa; veluti, quia longè abſens intra id tempus, quo corporaliter inſiſtere deſideraret, fundo præſens fieri nequit; aut quia commodatarius, commodatum, alicui repoſcenti, juſtam ob cauſam, ſine animo pro ſuo poſſidendi reddere recuſat; aut quia res ſub cuſtodia ejus non ſtatim invenitur, aut quia memoriæ infirmitate oblitus ſaltem eſt, locum, quo quid condidit; aut quia columbæ ab ædibus vel apes ex alveis evolarunt. Quibus caſibus nihilominus poſſesſio retinetur *l.13.§.13.& 16.l.24.l.44.D.d.t.* quia poſito debito tempore, intra quod fundo præſentes fieri alicui liceret, aut juſta non reddendi commodatum, cauſa ſublata, aut diligenti inquiſitione adhibita, aut memoriæ excusſione facta, aut revoluto denique tempore, quo columbæ & apes reverti ſolent; haſce res corporaliter rurſus quis apprehendere poteſt, Dn. D. Han & G.P. Brunner *de jur.poſſ.th.17.adde d.l.3.§.7.l.6.§.1. l.7.l.25.§.2.d.t.*& Bachov. *ad Treutl.d.th.lit.B.C.D.* II. ut diſtinguatur inter res immobiles & mobiles, atque notetur; quod amittatur poſſesſio facilius harum quam illarum *d.l.3.§.13 l.47.D.d.t.* quoniam ſcilicet res mobiles facilè interverti & ita celari poſſunt, ut nulla ſit eas apprehendendi facultas; quod ſecus eſſe in immobilibus eſt in aperto vid. Bachov. *alleg loco.* Ad ſecundum igitur ut revertamur, paucisque expediamus rem; posſidet eo modo Dominus ſervum fugitivum, cujus ut retineat poſſesſionem ſolo animo, ſolo Jure Civili, (illud namq; & JuriGentium convenire arbitror) utilitatis gratia eſt conſtitutum; etiam tum, quando ſervus ex poſſesſione ſervitutis in libertatem proclamans, liberale judicium imploravit; modò tamen ab alio nondum fuerit poſſeſſus, vel liber pronunciatus; juxta dicta ſuperius & *d.l.1.§.14.l.3.§.10.& 13.l.13 pr.D.d.t. l.15.§.1. D. de uſurp. & uſuc.* vide Bachov. *ſæpe cit.loc.* Hegen. *d.c.7.n.20.& ſeqq.* Cæterùm id præterea circa corpus obſervandum eſt; quod per illud intellectum voluerim, non tantum poſſeſſoris noſtri PROPRIUM; verum etiam ALIENUM quoniam posſidere videtur quisq; non ſolùm ſi

lùm ſi ipſe poſſideat; ſed & ſi ejus nomine aliquis in poſſeſſione ſit ſubjectus qualis eſt colonus inquilinus *§. 5. I. de Interd. l. 9. D. de adqu. vel am poſſ.* Treutl. *d. diſp. 21. th. 4. lit. d.* ut & ſequeſter niſi ut omittendæ poſſesſionis cauſa apud eum deponeretur inter partes apertè fuerit conventum *l. 39. D. d. t.* Quoniam regulariter ipſi traditur res tantùm cuſtodienda *l. 6 D. depoſ.* quæ cauſa ad transferendam poſſesſionem pro ſuo omninò eſt inſufficiens, *arg. l. 3. §. ult. D. de adqu. vel am. poſſ.* vide Giphan. *ad d. l. 39.* Hillig. & ab eo cit. Donell. Enucl. *lib. 5. c. 13. lit. f.* & notatis. Requiritur tamen, ut & hi ſuo modo animum habeant posſidendi; ſecundum ſcil. dicta ſuperius *th. 10. & l. 25. § 1. D. d. t.* quib. adde Hggen. *d c. 7. n. 40.* Nam quod ipſorum quoq; animus attendatur argumento eſt quod per noſmet quidem retineamus poſſesſionem animo ſolo, quamdiu ignoramus ab alio rem occupatam eſſe: *arg. l. 6. § 1 D. d. t.* ſed poſſesſionem quam per colonum [redacted] retinemus, amittamus, ſi quis etiam nobis iguorantibus rem fuerit ingreſſus. *l. 44. d. t.* quoniam animum ejus ceſſare intelligitur, & ſimul ceſſante miniſterio corporis, quod nobis præſtat colonus, & eo, per occupationem ſublato, conſequenter ipſa tollitur poſſesſio. Bachov. *ad Treutl. d. l. lit. B. C. D.* Ubi etiam an & quando factum v. g. coloni noceat inquilino videre licet, add. Obrecht. *d. c. 14. th. 551.* Hegenit. *d. c. 7. n. 38.* & aliquot ſeqq. Atque hæc quæ de forma POSSESSORUM RERUM CORPORALIUM, externa, dicta hactenus ſunt, ſuo quoque modo obtinere arbitror de POSSESSORUM RERUM INCORPORALIUM per tradita à Schneid. *ad d. §. poſſidere n. 160. & ſeqq.*

Theſ. XIX. Et deniq; ACCIDENTALIS ut poſſideat vel BONA vel MALA FIDE.

Per ea quæ Hillig. Don. Enucleat. *lib. 5. c. 7. B.* Ac bonam quidem fidem eſſe πολύσημον teſtis eſt Covarr. *par. 2. relect. cap.* poſſeſſor malæ fidei. *de reg. jur. in 6. §. 6. n. 2.* Hillig. Don. Enucl. *lib. 4 c. 24. l. B.* Neq; etiam aliter comparatum eſt cum malâ fi-

de tanquam ejus contrario. At enimverò, quicquid ſit, ut miſſis aliis ſignificationibus, dicam id, quod facere videtur ad propoſitum, BONA FIDES heic nihil eſt aliud, quam CONSCIENTIA, qua judicat aliquis & exiſtimat ſe rem ſuam aliquam posſidere JUSTE; MALA verò FIDES, CONSCIENTIA, quâ ſcit aliquis atq; convincitur ſe poſſidere INJUSTE, vide Covarr. *d.l.§.6 n.1.& §.7.n.1.* Hegen. *de poſſ.lib.c.6.n.88.* Utrumq; autem & poſſidere bonâ fide, & poſſidere malâ fide, conſideratur DUPLICITER, nimirum vel in ſuâ LATITUDINE, vel QUOAD USUCAPIONEM. Nam quando conſideratur in ſuâ latitudine; bonâ fide posſidere eſt, cum juſtè ſe poſſidere exiſtimanti cōſcientia non reclamat; quâ ratione bonâ etiam fide poſſidet, qui dominus jam revera effectus &c. malâ verò, cum alicui injuſtè ſe poſſidere ea dictat. Quando autem conſideratur quoad uſucapionem, tunc bonâ fide poſſidere eſt, cum quis, rem, quam pro ſua poſſidet, invincibiliter vel probabiliter ignorat ſuam eſſe; eo quod tradentem putavit, aut ejus habuiſſe dominium, aut alienandi poteſtatem. *l. 27. D. de contrah. empt. l 43. D. de adqu. vel amitt poſſ. l. 109. D. de V. S.* malâ verò cum quis non, aut non invincibiliter ignorat, rē quam pro ſuâ posſidet, ſuam non eſſe; quia ab eo accipit, quem ſcivit nec Dominium habuiſſe, nec alienandi poteſtatem; qualiter Dominus poſſidere nequit, ut qui ſcit rem eſſe ſuam, Schneid. *ad pr. I. de uſuc.* Don. *5. comment. 17. & ibi* Hillig Obrecht. *tr. meth. de poſſ. c. 13. th. 512. & ſeq.* vide Covarr. *d. § 6. & 7.* Hegen. *de poſſ. d. c. 6. n. 88. & ſeqq.* Cæterùm bona fides in dubio eſt præſumenda, ſi ſcilicet fuerit allegata, prout tradunt Covarr. *d. part. 2. relect. 2.* Poſſeſſor malæ fidei, *de reg. jur. § 8. n. 3.* Schneidw. *ad § fin. I. de ſervit. ruſtic. & urb. præd. n. 13.* Et tantum etiam de cauſis internis, Materia & Forma.

Theſ. XX. Atq; ex his patet, quod poſſeſſor in varias dividi poſſit ſpecies. Eſt enim I. à CAUSA EFFICIENTE REMOTA alius NATURALIS, alius CIVILIS, alius deniq; MIXTUS.

Rem

Rem non novam aggredior, Lector Benevole, hunc in modum poſſeſſorem diſtingvendo. Ita enim Weſenbecius *in par. D. de adqu. vel am. poſſ. n. 3.* Quam igitur ut brevi rem concludam, admittit natura poſſeſſionem, ea naturalis eſt, propriéq; ac verè poſſeſſio dici poteſt, quæ porro lege & jure civili probatur, ea civilis eſt, ſicuti eodem ſignificatu obligationem naturalem & civilem dicimus. Hactenus Vir de Jurisprudentia omnium optimè meritus Weſenbecius Ex quibus adeò verbis ac iis, quæ idem Auctor *in par. D. de oblig. & act. n. 6. & 7.* habet concludo; quod ſicuti obligatio alia naturalis, alia civilis, alia mixta, & conſequenter Creditor & debitor alius naturalis, alius Civilis, alius mixtus: ita etiam poſſeſſio & conſequenter etiam poſſeſſor. Præſertim cum hæc ipſa diſtinctio fundata ſit *in l. 38. §. 7. D. de verbor. oblig. junct. l. 5. pr. & §. 2. D. de adqu. rer. dom. l. 1. pr. & §. 1. d. l. 13. pr. D. de adqu. vel amitt. poſſ.* Porrò NATURALEM intelligo EUM, quem agnoſcit Jus commune, (quod naturale etiam dicitur, per ea quæ habet Dn. Frantzk. Exercit. 1. *q. 6. in fin.*) arg. eorum quæ ſat multis præmiſſa ſunt *ſupr. th. 7.* atq; huc refero Servum & Filiumfam. per ea, quæ Alciat. *de 5. ped. præſcript. n. 104. & ſeq.* CIVILEM, cui juri communi incognito, eſſe ſuum dedit jus Civile. Atq; huc refero poſſeſſorem ſervi fugitivi *d. l. pr. 13.* MIXTUM verò quem Jus Civile Juri Communi cognitum, non reprobavit, ſed approbavit vel ſecundum quid, ut v. g. maritum accipientem aliquid dono ab uxore, *d. l. 1. §. 4. l. 26. D. de don. inter vir. & uxor. junct. l. 1. §. 10. unde vi. l. 45. D. de uſur.* vel in totum, ut cui tradita eſt poſſeſſio à Domino, aut non Domino, qui tamen Dominus juſto errore putabatur, per ea quæ dicentur infra ſuo loco. Atq; hi ſunt qui modo civiliter, modo naturaliter pro ſubjecta materia poſſidere dicuntur. prout ſcilicet jus Civile ſecundum majus ac minus eos reſpexit. confer Dn. Frantzk. *diſp. inaugur. de oblig.* Ejusdem *exercitat. ſubjunct. th. 4. 5. & ſeqq.* Fachin.

Arg.l.12.l.16.l.24.D.de adqu.vel am. poſſ. l.26.l.2.l.3. D. de interd. Justum igitur heic voco qui poſſidet ex justa causa ſeu titulo; Injustum verò qui poſſidet ex injusto, ut pro furtivo *l.31. D.de uſurp.& uſuc.* pro rapto, pro præda *l.25.§.5.D.de bered.petit.* pro uſuris ſcilicet illicitis per tradita à Förſter. *de dom.c.8.n.94.* nō licitis Förſter. *d.l.n.107.* pro lucro, quæſito ex ludo; ſecundum eundem Förſter. *d.c.8.n 135.* adde Dn. Carpzov. *lib.6.tit.10 reſp.96.* item pro eo quod percipitur ex ſponſione, quatenus ſcilicet ſponſiones ſunt prohibitæ, qua de re videatur Förſter. *d.c.8.n.144.* & deniq; pro poſſeſſore *l.11.§.1.l.12.l.13.§.1.D.de bered.pet.* Cæterùm injuſtus poſſeſſor aliàs perhibetur, vel ſecundum quid talis ut (1) ratione perſonæ, ſui ipſius (2) ratione perſonæ à qua, (3) ratione rei cujus, (4) ratione tituli ex quo, uti jam dictum & (5) deniq; ratione modi per quem poſſeſſor eſt conſtitutus; ita, ut ſi ei quoddam ex his deficiat; dicatur injuſtus ſecundum quid; vel ſimpliciter, ita ſcilicet, ut ſi deficiant hæc omninò, dicatur injuſtus in totum. Dn. D. Han & G.P. Brunner *de jur poſſ. tb.15.* Don. *d. l.5.c.7.*

Theſ. XXII. III. Ab OBJECTO (1) alius VERUS alius QUASI.

Ita Dd. communiter. Ac verus quidem quis ſit, ſcilicet rerum corporaliū, ex hactenus dictis ſatis ſuperq; credo conſtabit, Quod verò attinet quasi Poſſeſſorem, eſt ejus nomen homonymum. Sumitur enim (1) impropriè, ac denotat eum qui vel dolo deſiit poſſidere *l. 25. §. 8. D.de bered.pet.* vel ſe offert petitioni *l 23.§.13.D.de eod.* (2) propriè pro eo qui rei alicujus incorporalis habet uſum per *l.9.D.de her.pet l 3.D.ſi uſusfr.pet l.2.D commun. prædior. l.10.D. de lib.cauſ. l.23.§.2.D.ex quibus cauſ.major. &c.* Schneidw. *ad d. §. poſſidere n. 92.* ac definiri poteſt arg. eorum quæ Theoph. ut quaſi poſſeſſor rerum incorporalium ſit is, qui habet facultatem ejusmodi utendi. Sunt autem res incorporales, quæ in Jure, juris intelligentia, conſiſtunt ſeu Juris habent intellectum. *arg l 50.D.de petit.bered.* Donell. *5.comm.2.* atq; huc pertinent (1) ſervitutes, tam reales, quam perſonales; tam negativæ quam affirmativæ. (2) reliqua jura, v.g. dominicæ & patriæ poteſtatis, jus filiationis, jus venandi, piſcandi, molendina extruen-

truendi, juriſdictio, merum & mixtum imperium, jus eligendi, jus ſuperioritatis territorialis, imò jus ipſum majeſtatis & quæ iis adhærent, atq; ſimilia. de quib. DD. hinc inde tractant P. G. Tholoſ. *libr.1.Syntagm. 10. per tot.*

Theſ. XXIII (2) Alius MOBILIUM, alius IMMOBILIUM.

Arg. l.25.D. qui ſatisdare cog. Eſt autem, ut à mobilibus rebus faciam initium, horum appellatio in jure non univoca, ſed ſumitur vel (1) latè, ut includantur quoq; res ſeſe moventes, ut *in l.4.l.3.§.13.l.47. D. de adqu. vel am. poſſ.* vel (2) ſtrictè ita, ut à moventibus mobiles diſtingvantur ac iis opponantur. ut *l.1.pr. D. de ædil. edict. l.4. C. famil. bercisc.* Hegen. *de poſſ. l.1.c.7.n.7.* Verum cùm in latâ ſignificatione heic accipiamus res mobiles; erunt nobis illæ cum Hegenit. *d.c.7.n.19.* quæ citra corruptionem ſui moveri poſſunt. confer P. G. Tholoſ. *d. lib 1.c.9.n.7. & ſeqq.* Dn. Carpz. *p.3.def.7. & 8.* Porrò immobiles quod attinet, veniunt ſub earum nomine, quæ moveri omninò non poſſunt, quales propriè ſunt res ſoli, quæ de manu in manum tradi nequeunt, quatenus nempe res immobiles ſumuntur in ſignificatione ſtrictiori. Quanquam & hæ ſi conſiderantur aliquantisper latius, (prout pro ſubjecta materia fieri ex infra dictis apparebit) comprehendant ſub ſe quoq; eos, quæ immobiliter immobilibus perpetuò adhærent; quarum longum catalogum enumerat P. G. Tholoſ. *d.c 9.n.9. & ſeqq.* adde Berlich *p.3. concluſ.30.34. & 35.* Dn. Carpzov. *part.3. conſt.24. deſin.1. & ſeq. & conſtit.25. def.1.*

Theſ. XXIV. (1) A FORMA ESSENTIALI INTERNA, alius qui poſſidet OPINIONE DOMINI, & dicitur alias

nus in genere conſiderati poſſeſſoris forma eſſentialis interna ſit animus dominantis, per tradita ſupr. th. 17. iſte vero animus ita comparatus neceſſario ac ſemper ſit, ut is qui eum habet, aut credat ſe dominum eſſe, aut non credat, ſed velit ſe tantum pro domino gerere, conſequens ſanè eſt, quod diverſitas illius animi diverſas quoq; pariat ſpecies. confer. Don. *5. comm. 7.* Arum. *diſput. 20. ad Pandect. th. 6.* Dixi autem, quod poſsidens opinione domini dicatur quoq; civilis; & qui citra eam, naturalis, idq; iterum per textum *in l. 1. §. 9. D. de vi & vi arm.* ſive vetuſtiorum Codic. ſive recentiorum ſequamur lectionem. Si enim vetuſtiores, res eſt clara, ſiquidem in *d. §. 9.* continentur verba expreſſa, NAM ET NATURALIS ET PRO SUO, prout teſtatur editio illo ad quam ſe refert Hegen. *d. poſſ. libr 1. c. 1. n. 16.* & ea, quæ extat in Bibliotheca Amplifs. & Conſultiſs. Dn. D. Taubmanni, impreſſa Lugduni, apud Nicol. de Benedictis M. D. XI. Sin verò recentiores, idem tamen nihilominus erit ſtatuendum neceſſariò; quoniam ex collatione *ll. d. 1. D. de vi & vi arm.* conſtat, quod interdictum illud detur (1) domino *d. l. 1. §. 22.* qui poſsidet Jure Civili, cum aliunde ſciamus, eum ab iſto jure ſimpliciter eſſe approbatum (2) creditori, miſſo in poſſesſionem ex ſecundo decreto *l. 3. §. 8. D. uti poſſid junct. l. 1. §. 4. D. eod.* qui poſsident pro alieno, ſed ſimiliter jure civili, ad omnes vere cauſas, (3) Uxori, cui aliquid maritus donavit, quam conſtat quidem poſſidere pro ſuo, non tamen jure Civili, ſed jure Naturali *l. 1 §. 4. D. de adqu. vel am. poſſ.* Minimè verò colono *d. l. 1. § 10. D. de vi & vi arm.* qui poſſidet etiam pro alieno, ſed naturaliter *per ll. ſupr. th 2. citat.* ut conſequens adeò ſit certò certiùs poſſeſſorem pro ſuo formaliter, uti dictum, diſtinctum, *d l. 1. § 9.* alium dici civilem, alium naturalem, vide *d. l. 1. §. 24. l. 2. §. 1. D. pro hered. vel pro poſſ.* Arum. *d. diſp. 20. th. 7.* & Hegen. *de poſſeſſ. d. l. 1. c. 1. num. 14. & ſeqq & cap. 4. per tot.* Porrò Civiliter poſsidet (1) Dominus, (2) is, qui rem in commercio exiſtentem, ab eo, quem dominum eſſe, aut poteſtatem alienandi habere, bona fide credebat juſtâ ex causâ accepit. Naturaliter verò (1) qui poſsidet ex titulo injuſto in ſe, uti fur, prædo &c. (2) ex titulo quidem in ſe juſto, ſed injuſto ratione circumſtantiarū; ut mulier id, quod habet ex prohibita mariti donatione, & filius ex donatione patris.

tris. *d l.2.§.1.D.pro hered.* item emptor rei ſacræ; niſi vendita ſit vel (1) ob pium uſum *l.21.C.de SS.Eccleſ.* vel (2) ob æs alienum, *Novell.120.c 10.c. aurum 12 p.3.* adde Donell. *4.comment.1.* & citatos ab Hillig. ibi *lit.V.* Cæterùm hæc ipſa diviſio poſſeſſoris noſtri pro ſuo in naturalem & civilem, non ſolùm convenit poſſeſſori VERO rerum corporalium, ſed etiam QUASI, per ea quæ habet Schneid. *ad §.poſſidere I.de interdict.n.92.& ſeq.*

Theſ. XXV. IV. A FORMA EXTERNA alius iterum NATURALIS, alius CIVILIS.

Dixi à formâ externâ, quoniam per NATURALEM heic intelligo eum qui ſecundum naturæ rationem poſſesſioni inſiſtit CORPORALITER, *l.1.pr.l.3.§.3.& 13.l.23.D.de adqu.vel am poſſ.* per CIVILEM verò qui SOLO ANIMO ſuam poſſeſſionem ſibi conſervat. Et quanquam nullibi in jure aut poſſeſſio, quatenus ſolo animo retinetur, aut poſſeſſor, qui eam ſolo animo retinet, quoad literam vocetur Civilis, teſte Don.*5.comm.7.* Quoniam tamen expresſis verbis *in l.10.C.de adqu.& retin.poſſ.* in jure, h.e. in benigna Juris interpretatione, conſiſtere dicitur; non tantùm non malè, ſed etiam convenienter admodùm Civilis poteſt nominari. Atque hactenus celebrem illam DD. civilem & naturalem poſſesſionem ac poſſeſſorem tollerari poſſe ſtatuo cum Donell. *d. l. c. 7.* Schneid. *ad §.poſſidere I.de Interdict.n.26.& n. 47.& 48.* vide quæ ſupra dicta ſunt de formâ externâ, & de VARIA poſſesſionis naturalis & Civilis ACCEPTIONE Dn. Bicc. *ad l.3. §.5.D.de adqu.vel am. poſſ membr.2 q.4.*

Theſ. XXVI. VI. A FORMA ACCIDENTALI alius BONÆ FIDEI, alius MALÆ FIDEI

uti ſupr. th. 19 fuit dictum. Id verò addendum heic quod bona fides in ſua latitudine, & quatenus nihil eſt aliud, quam conſcientia exiſtimans actionem ſuo nomine factum eſſe juſtam, eſſe & conſiderari dupliciter; ſcilicet vel prout eſt ſimplex, & omni caret culpâ, *§. 36. I. de rer. divis. l. 48. D. de adqu. rer. dom.* vel prout eſt talis ſecundum quid, *l. 45. D. de uſur. vid. l. 25 §. 6. D de her. pet. c. 82. de reg. in 6.* vid. Hegen. *de poſſ. l. 1. c. 6 n. 89. & ſeqq.* Hillig. Donell. Enucl. *lib. 5, c. 17, lit. A.* Dn. D. Hall & G. P. Brunner *de jur. poſſ. th 15*, ubi controverſiam illam, an dubitans inter bonæ & malæ fid. poſſeſſorem ſit medius, vide diremptam.

Theſ. XXVII. Et deniq; ab ADJUNCTO alius CAUSALIS alius FORMALIS.

Ita enim poſſeſſorem à DD. dividi teſtes ſunt Bachov. *ad Treutl. d. diſp. 21. th. 1. lit. E.* & Hegen: *de poſſ. d. l. 1. c. 1. n. 11.* Ac per CAUSALEM quidem intelligunt EUM qui rei poſſeſſæ eſt verus Dominus, ita ut non indigeat miniſterio uſucapionis; per FORMALEM verò EUM qui dominium ejus rei nondum eſt conſecutus, ideoque opus habet tempore ad uſucapionem præfinito, de quo agit *tot. t: D. de adqu. vel am. poſſ. & C de adqu. & retin. poſſ.* Quanquam autem nec hæc diſtinctio quoad ipſa verba in jure ſit fundata; quoniam tamen certum eſt, quod & verus Dominus in jure non raró poſſeſſor vocetur, quin ad exemplum uſufructuarii cauſalis & formalis, ea docendi gratiâ tollerari poſſit, ego quidem dubito nullus.

Theſ. XXIIX. Cæterùm hunc in modum conſtitutum atq; diviſum POSSESSOREM ſequuntur JURA VARIA, tùm FAVORABILIA, tùm ODIOSA.

Sunt autem vel communia omnibus, vel propria tantùm quibusdam. Igitur ut à communibus & quidem favorabilibus ordiar. (1) Poſſeſſor conſequitur jus in re, Mind. *de mat. poſſ. c. 8. n. 1.* ſive juſtus is ſit ſive injuſtus *arg. l. ult. D. de adq. vel am. poſſ. l. 1 §. 9. l. 2.*

9.*l.2.D.uti poſſid.* (2) Potior eſt non poſsidente Treutler. *d. diſp. 21. th. 5.d.* Mind. *d.l.c.9.n.9.& 18.* Dn. Carpzov.*lib.1.reſponſ.tom.1.reſp.1.n.23.* (3) Quilibet præſumitur poſsidere bona fide, niſi jus reluctetur, Mind.*d.c.9.n.13.*& nomine proprio.Treutl.*d.th.5.l.a.*Dn. Carpz.*lib.1. reſp.tit.9.reſp.81.n.6.* unde & poſſeſſor, qui diu beneficium poſſedit præſumitur legitimè inſtitutus.Clud.*d.c.1.n.70.*(4) Metuens ne mo-leſtetur, poteſt implorare Judicis officium Mind.*d.c.9.n.32.*(5) Poteſt continuare ſuam poſſesſionem non obſtante inhibitione. Mind.*d.c. 9.n.27.*(6)Non poteſt conveniri remedio aliquo poſſeſſorio ſed petitorio.Gail.*2.obſ.129.n.8.*niſi fortè,vi,clam,aut precario ab adverſario poſsideat *l.1. D. unde vi. l. 1. §.ult. D. uti poſſid.* Nec (7) tenetur litem ſuscipere cum duobus de jure Saxon. Dn. Carpz.*p.2 def.8 n.3.* Verum dantur (8) ipſi remedia retinendæ Mindan.*d.c.9.n.2.* tam ordinaria quam extraordinaria, ut interdictum uti poſsidetis,& utrubi; de itinere actuq; privato, de quibus Menoch. *de retin.poſſ.*niſi uti dictũ,ab adverſario vi clam aut precariò poſsideat.*d.l.1.fin.D. uti poſſid.* Et ſi ei denegantur interdicta, poteſt (9) appellare Mind.*d.c.9.n.34.* Nec cogitur cuiq; titulũ ſuæ poſſesſionis allegare & probare Treutl. *d.th 5.c.*Mind.*d.c.9. n.14.*Dn.Carpz.*p.2.conſt.8.def.4.* ſed (10) relevatur ab onere probandi. Mind.*d.c.9.n.12.* Dn.Carpz.*p.1.c 16.def.23. & def. 72.*Treutl.*d th 5 c.* Neq; enim (11) condemnari atq; à ſua poſſeſſione dejici debet inauditus.Treutl.*d.th.*5.*e.* Mindan. *d.c.9.n.25.26.* Dn. Carpz *lib.1.t.1.reſp.1.n.31.32.& lib.4.tit.3 reſp.19* ne qnidem ſub prætextu reſcripti principis,Gail.*2.obſ.76.n.9.* Sed (12) ſi in poſſeſſorio triumphat, reſtitui debent ipſi expenſæ, etiamſi poſtmodùm in petitorio ſuccumbat.Gail.*1.obſ.63.n 11.* & tantùm de communibus favorabilibus. Odioſa communia præcipuè ſunt (1) Ut poſſeſſores onera tributa, collectas rebus à ſe poſſeſſis impoſitas ferre cogantur; Gail *1.obſ.21.n.20.*Dn.Carpz.*p.2.conſt.40.def 5.n.8.* (2)ut victi aliquando & poſſesſione privati reſtituere cogantur fructus,ſecundum paulò poſt dicenda. Porrò ut ad Propria deveniam, earundemq; conſu-

ſi victus & de poſſesſione cedere coactus fuerit, deducit impenſas; juxta tradita à Dn. Frantzk. *Exerc. 4. q. 6.* non deductas verò repetit; ſecundum Eundem *d. Exerc. q.* 5. Et inſuper (4) lucratur fructus; juxta Ejusdem *q. 7. 8 9.* Quemadmodum contra, ſi quis eſt in malâ fide nec (1) Deducere impenſas, nec (2) lucrari fructus poteſt; ſecundum tradita prælaudati Dn. Frantzk. *dd. ll.* adde Bachov. *ad § 36. I. de rer. diviſ.* Hegen. *de poſſ. l. 1. c. 6. n. 89. & de jurib. poſſeſſorum c. 8.* Mindan. *d. c. 8. & 9.* Dn Carpz. *d. lib. 1. tit. 1. reſp. 1.* Ac tantùm quoq; delibaſſe ſaltem ſufficiat, de Poſſeſſorum juribus, tùm favorabilius, tùm verò odioſis. Quibus inſtar coronidis addo ſingulare illud Civilis poſſeſſoris commodum; ſc. quod ſi quis unico momento posſideat rem, quam à non Domino bona fide emit, aut alio ad uſucapionem habili titulo conſecutus eſt, ſi exciderit eâ, habeat 30. annorum actionem pro ejus conſecutione *l. 7. D. de public. junct. l. 3. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.* vid. Hegen. *d. c. 8. n. 14.*

Theſ. XXIX. Ac DESINIT aliquis POSSESSOR ESSE aut VOLENS, ut ſic loquar, aut NOLENS.

Ac volens quidem non ſolum eo, quo conſtitutus modo fuit, animo ſc. & corpore ſimul, verum etiam animo tantùm, verbis tamen vel factis declarato. Nolens verò vel mutatâ conditione rei poſſeſſæ, aut perſonæ poſſeſſoris, ipſius; vel amiſſa facultate rei hactenus poſſeſſæ amplius inſiſtendi, & quidem vel facto proprio, vel ſine eo, prout latè hanc rem perſequitur Don. *5. comment. 12. & 13.* Ejusq; Enucleator Hillig. Cujus adeò doctrinam defendendã hac in parte ſum ſuſcepturus. adde Schneidew. *ad § posſidere J. de in terd. n. 164 & ſeqq.* Treutl. *d. diſp. 21. th 7.* Mindan. *de mater. poſs. c. 11.* Obrecht *tract. meth. de poſs. c. 15. 16. 17. 18. 19.*

Atq; hæc illa ipſa ſunt, quæ in medium proponere tandem lubuit. Eram equidem meditatus plura, cũprimis quoad diverſa poſſeſſorũ jura tàm communia quam ſingularia, tàm odioſa, quam favorabilia, cõcernentia nimirũ poſſeſſores vel [illegible], vel turbatos, & rurſus vel extra judicium, vel in judicio, atq; iterum vel [illegible] actores vel ante ſententiam, vel poſt ſententiam, & deniq; vel vincentes vel victos. At enimverò, omittere, delere, abrumpere plurima, quadam necesſitatis lege ſum coactus. Quocirca TE, Quisquis tandè ſis, LECTOR BENEVOLE ut hæc, quæcunq; etiam ſint, æquo accipias animo, mihiq; præter induſtriam atq; candorem in foro, in quod ex Academiâ nunc prodeo, nihil promittenti, faveas, etiam atq; etiam rogo. Cæterùm quod reſtat adhuc EI, à quó exorſus ſum DEO TER OPT. MAX. SIT LAUS HONOR ET GLORIA.

BIBLIOTECA ... ROM ...